Universitätsbibliothek Paderborn

# Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1648

Liber Sextvs. De Galliâ Antiquâ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13147

Visual Library

In Monte *Cauno*, vulgò *Moncayo*, ſi oues paſcantur ante ſolis ortum procul dubio intereunt. *Hiſtoria Hiſpanica.*

In quodam huius Regni agro lapides reperiuntur, eiuſdem coloris, & magnitudinis cum oleis. Item & alij, quos natura in coturnices ſic efformauit, vt arte elaboratas iurares. *Ioan. Euſebius.*

*Villilæ* in Cæſarauguſta Diœceſi Campana mirabilis ſponte ſonans quoties res Chriſtiana accepit aliquid detrimenti. Cuius rei multa in actis publicis conſignata ſunt teſtimonia. *Varius lib. 2. de faſcinatione cap. 14. & Mariana Hiſt. lib. 21.*

Apud oppidum *Olianam* ad Sicorim ædes virginis quam *Caſtel Vedrenſem* dicunt, ad quam quotannis menſe Martio die Veneris aliquo, ex Inſulâ quam Fl. Sicoris efficit, exſurgunt tria luminaria cærulei coloris, baſilicam ſubeunt per feneſtras, accendunt luminaria, & functa ſuo munere egrediuntur, atque diſparent. Quot indigenæ tot teſtes. *Ioan. Nierembergius.*

---

# LIBER SEXTVS.

## *De Gallia Antiqua.*

ROMANORVM, atque Græcorum terror Gallia, & cuius incolæ nihil aliud reformidarunt quàm ne cælum in ipſos rueret, huic libro materiam ſufficiet.

## CAPVT PRIMVM.

### *De Gallia in communi.*

HIc agemus de Nomine Galliæ, Quantitate, Qualitate, Moribus, Mercibus, Linguâ, Religione, Politiâ, primâ denique eius diuiſione.

### §. 1. *Nomen Galliæ.*

PRÆTERMITTO hîc quæ habet fabuloſa Robertus Cænalis, dum *Gallos* deducit à voce Armeniacâ *Gallim* quæ *inundationem* ſonat: & dictum eſſe putat Noëmum *Gallum* quaſi *ab inundatione ſeruatum*. Certè Xenophon in æquiuocis ait atauum Nini à Babyloniis Gallum appellari.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Primò* igitur aliqui apud Iſidorum deducunt Gallorum nomen à Græco *γάλα lac*, quoniam lactei ſunt coloris, ſi cum Italis componantur.

*Secundò* Diodorus Siculus à Galathâ Herculis filiâ nomen hoc elicit.

*Tertiò* Timagenes apud Ammianum Marcellinum lib. xv. ait Gallos, ſeu Galatas nuncupatos eſſe à Galathâ quadam, quæ fuit mater Celti, ſubditis ſuis cariſſimi, ex quo & Galli dicti ſunt Celtæ.

*Quartò* Appianus in Illyricis, ait appellatos eſſe Gallos, à Gallo filio Polyphemi, qui ex Galatheâ tres filios ſuſcepit, Celtum, Gallum & Illyricum.

*Quintò* Grammatici quidam Veteres volebant *Celtas* nomen accepiſſe à Græco *κελῆται Equites*, & *κελητίζω equum agito*, quòd ex equis optimè depugnarent.

## §. 2. *Quantitas Galliæ.*

LONGITVDO eius attenditur apud Strabonem à *Veneris Templo* in vltimo Pyrenæo ad *Vari Fl. oſtia*, quæ diſtantia à quibuſdam apud eum eſt 2600. ſtadiorum, aliis 2809. Ipſe ex viâ publicâ hanc dimetiens, dat ei 277. Milliaria, hoc eſt 2216. ſtadiorum. Apud Ptolemæum verò deſumitur ex *Gobæo Promontorio* longit. G. 15. M. 15. latit. 49. M. 45. ad Montem *Adulam*, long. G. 29. M. 30. latit. 45. M. 20. quod ſpatium ad maiorem circulum reuocatum dat 5200. ſtadiorum, ſeu Mil. 620.

LATITVDO deſumitur ex prædicto *Veneris Templo* lat. 42. 20. Mil. *ad Rheni Orientale oſtium*, Grad. 11. min. 40. hoc eſt ſtadiorum 2960. aut Milliarium 370. Ex Strabone nihil certi de eâ colligi poteſt.

## §. 3. *Qualitas Galliæ.*

IN genere tota Regio humidior eſt; cuius cauſam Seneca lib. 3. nat. quæſt. in humorem cæli refundere videtur: Strabo in fluuios quibus alluitur, *ποταμοῖς κατάρρυτος ἡ χώρα*. Non eſſe nimiùm frigidam innuit Iulianus Imperator: quare quæ leguntur de eius frigore ad Belgicam referenda ſunt. Ventoſam quoque facit Seneca, ſed potiſſimum in eam ſæuire ait Circium, cui templum

Auguſtus conſecrauit. Nulla aut pauciſſima habet animalia venenata. Itaque indigenæ vtuntur pro veneno Taxi arboris ſucco, quæ arbor tam mortifera, vt ſit ſatis ad mortem, in eius vmbrâ dormiiſſe, vt teſtatur Dioſcorides. Iam de eius qualitate tria perhibentur, quòd ſit *ferax*, quòd *diues*, quòd *populoſa*.

FERAX, Frumenti maximè & paſcuorum dicitur *Straboni*, *Melæ*, & *Solino*. Nihil in eâ otioſum eſſe tradit *Strabo*: itémque alere omnis generis pecus. Vino carere imuunt *Liuius* & *Strabo*, & plerique veterum; ſed quia olim hîc incultæ vineæ. Certè poſtea Bituricæ vitis, & Arueni vini meminere. Ferebat & omnis generis fructus, quos dabat Italia, excipit tamen *Strabo* Ficum & Oleam, ſed de Celticâ loquens. Itaque exclamationes Ciceronis de Pro. Conſul. omnino hyperbolicæ ſunt.

DIVES Regio πολύχρυσος, abundans auro, *Straboni*. Teſtes tot fodinæ, quarum idem meminit in Cemeniis montibus apud Ruthenos, Gabalos, Tarbellos, vt taceam Tarnim auriferum Fl. Auſonij. Hinc multis in locis theſauros habuit Celtica, quos paludibus incolæ ad cuſtodiam immergebant. Quare Romani Galliâ potiti paludes locauerunt, vnde aliqui molas ex argento eduxerunt. Teſtis quoque Luerius pater Bituiti, qui per campum obambulans monetam auream, & argenteam diſpergebat, quam comites colligebant, hæc *Strabo*. Hæ autem diuitiæ exiſtebant quoque ex mercibus, propter facilem earum deportationem per flumina, vt idem *Strabo* notat.

POPVLOSA, in eâ agnoſcit *Strabo* πολυανθρωπίαν, idcirco hîc etiam ſyluas, & paludes coli. Cauſam refert in mulieres, quas τοκάδας vocat, καὶ τρέφειν ἀγαθάς. Id quoque colligitur ex copiis, quas eduxerunt, coloniis quas emiſerunt. Vbi enim gentium non reſederunt Celtæ? In Hiſpaniâ, in Germaniâ, in Illyrico, in Italiâ, in Græciâ, in Aſiâ. Certè huius non leue argumentum quòd Aruerni ſoli ſæpè cum CC. Millibus reſtiterint Romanis; CCCC. etiam Millibus cum Iulio Cæſare pugnauerint, vt notat Strabo. At quàm multi alij populi Aruernis pares? Et verò ſi qua Celticis Appiani fides in Galliâ trecentæ Gentes, vrbes ſuprà octingentæ numerabantur.

### §. 4. *Mores Gallorum.*

His complectemur, vitia, virtutes, veſtes, arma, domus, victum, funera.

NVM. I. *Vitia Gallorum.*

Dvo maximè recenſentur, quòd crudeles, quòd imprudentes; ad imprudentiam leuitas reuocatur.

Crvdelitas elucebat in quatuor. 1. Quòd in caluariis hoſtium auro exornatis biberent; quòd illuſtrium virorum capita non redderent, niſi tantumdem auri rependeretur; ita *Strabo & Liuius*. 2. Quòd homines Diis ſuis immolarent, ſagittis conficientes, aut agentes in crucem, aut in coloſſo ligneo cum animalibus comburentes. 3. Quòd ex palpitatione, & ſanguine morientium ariolarentur. 4. Quòd ad conſilia bellica extremum qui veniret omnibus ſuppliciis tortum enecarent. *Cæſar.*

Imprvdentia ex quatuor capitibus probatur. 1. Quia animo magis quàm ratione pugnabant, *Polybius*: ἐ μετὰ περισκέψεως, *inconſideratè*, *Strabo*, quare facillimè à Romanis deuicti. 2. Quòd peregrinos & mercatores interrogarent, & rumores ab iis ſedulò expiſcarentur, & his auditionibus permoti de ſummis ſæpe rebus deliberarent: ita *Cæſar* & plerique alij. 3. Quòd mulieres ſuas in conſilium adhiberent, & ex earum arbitrio bella committerent, *Plutarchus*, & *Polyenus*. 4. Quòd vicinis læſis illicò currerent ad arma, quaſi ipſi læſi eſſent; ita *Cæſar*.

NVM. 2. *Virtutes Gallorum.*

Fortitvdo prima & propria Gallorum erat: μαχηταὶ πάντες τῇ φύσει, *Strabo*, qui etiam vocat τὸ φῦλον ἀρειμάνιον καὶ θυμικόν, ideóque à Romanis coactos eſſe γεωργεῖν. Mortis erant ſupra modum contemptores; vnde & collabentibus domibus, aut ardentibus non fugiebant, *Ælianus*. Leuem retroceſſionem in bello magno probro ducebant, *Leo Imperator*. quò ſpectat iſtud Flacci,

*Non pauentis funera Galliæ.*

Inde inter ſe facillimè decertabant, aliquando pro femore pecudis, quod ſtrenuiſſimus rapere ſolebat; hoc ſibi ſi vendicaret alius

cum eo vſque ad mortem depugnabat. Eodem pertinent *Soldurij* Cæſaris, *Siloduni* Athenæi, qui ſe deuouebant non redituros ex acie niſi victores. Hinc Romanis tantùm terroris incuſſerunt, vt lex quæ eximebat ſacerdotes, & ſenes à militiâ, nominatim tumultum Gallicum exciperet; & poſterioribus temporibus eorum equitatus magnâ ex parte Gallicus eſſet. Non eſt tamen negandum habuiſſe aliquid cum ſuis niuibus ſimile, ſudore & æſtu ſtatim defeciſſe, primum impetum fuiſſe quidem pluſquam virorum, ſed ſecundum minorem quàm fœminarum, *Liuius*, *Florus*, & alij Romani ſcriptores.

SIMPLICITAS ἁπλοῦν καὶ οὐ κακόηθες φῦλον, *ſimplices & minimè mali*, *Straboni*, ideóque facilè conueniebant, faciliùs perſuadebantur. *Hirtius*, homines aperti ac minimè inſidioſi. In conciliis cuique licebat repugnare, ſed ſi quis importuniùs obloqueretur accedebat ad eum lictor ſtricto ferro minitabundus, ſi pergeret tantumdem ex eius ſago reſcindebat, vt reliquum eſſet inutile.

HOSPITALES, grauiùs animaduertebant in eum qui peregrinum, quàm qui ciuem cecidiſſet: huic enim exilium, illi mors irrogabatur, *Stobæus*. Huc quoque ſpectat Heraclea via per Celtas ex Italiâ ad Celtiberos ſtrata, in qua indigenæ tranſeuntes obſeruabant ne quid mali paterentur: quia lege pœnas pendebant in quorum finibus admiſſum eſſet maleficium: *Ariſtoteles*.

SOBRII dant operam ne ſint obeſi μήτε προγάστορες, & ſi quis adoleſcens menſuram excederet zonæ ſibi præſcriptæ, multabatur. *Ephorus apud Strabonem*.

CASTI, prolis tantùm cauſâ Veneri indulgebant, *Iulianus*. Itaque quod ait Strabo de proſtituentibus τὴν ἀκμὴν adoleſcentibus, παιδεραστία, de quâ Ariſtoteles, & Athenæus, pueri nubentes de quibus D. Clemens, & alia eiuſmodi naturæ ludibria ad Maſſilienſes amandanda, qui Græcorumm oribus inquinati erant: alioqui quomodo tam populoſa fuiſſet Gallia?

LITERARVM AMANTES: 1. Habent facundiam ſuam, magiſtróſque ſapientiæ Druydas, *Mela*. 2. Omnes eloquentes, *Gallia vel potiùs Nutricula cauſidicorum*, & *Gallia cauſidicos docuit facunda Britannos*, &c. 3. Ciuitates conducebant Medicos & Sophiſtas. 4. *Strabo & Diodorus* à doctrina minus alienos faciunt. Mirum ergo cur eos *Seruius* ingenij pigrioris, *Firmicus* ſtolidos, *Iulianus* ſtupidos appellent.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## NVM. 3. *Cultus & veſtes.*

*Proceri* erant omnes Galli, ideóque Romanos contemnebant; *Cæſar, Hirtius. Candidi* lactea colla auro innectuntur, *Virg.* Comam alebant, *Strabo, Liuius.* Capillos duriores reddebant vt coma arrecta ſtare poſſet, *Diodorus.* Aurea ferè ſeu flaua cæſaries. Barba promiſſa, *Liuius*: Diodorus tamen ait Nobiles genas radere, barbam autem ſic alere, vt cibo potúque inficiatur.

VESTES eorum: 1. Sagum, Virgatis lucent ſagulis. 2. Veſtis fiſſilis manicata ad nates demiſſa *vn Iuſtacorps.* Dimidiáſque nates Gallica palla tegit. 3. Bardocucullo Santonico vtebantur. 4 Braccas induebant vel laxas, vel circum extenſas. 5. Veſtem ex lanâ, læñâ vocabant, ſeu vt vult Caſaubonus Chlenam.

## NVM. 4. *Arma.*

*Scutum* longius, ſed breuius ornatum animalium formis paulum extantibus, item & corallio. *Liuius, Polybius, Plinius.*

*Galea* ærea paulo eminentior dicta *Mirmillonium*, in qua quadrupedum & volucrum effigies, itémque cornua, *Diodorus.*

*Gladius* longus, grauis, ſine mucrone, malè fabricatus, ex molli ferro, *Liuio, Plutarcho, Polybio*: ærea catena ex dextro latere pendens, *Diodoro*: Corallio ornatus, *Plinio.*

*Currus Roſtratus*: Couinum Belgis, aliter Eſſedum. In pace Rheda erat virorum, Petorium fœminarum.

*Tela* variis nominibus dicta Gæſa, Cataya, Materis, ſeu Meris, *Cæſari* Matura. At Groſſæ, & Spari leuiores ſagittæ.

*Canibus* item pugnabant, *Strabo, & Diodorus.*

## NVM. 5. *Domus & Lectus.*

Domus ſæpe in ſyluis, aliquando ad flumina æſtus vitandi gratiâ Stramento eas operiunt, *Cæſar.* Rotundæ ſunt magno impoſito faſtigio, *Strabo.* Ianuas numquam claudunt, *Stobæus.* Villas habent, ſed nullis mœnibus ſeptas, imò & vrbes muris cingere à Græcis Maſſilienſibus tantùm didicerunt.

*Lectus.* In terra ſuper ſtrato gramine dormiunt, *Cæſar.* In ferarum pellibus, *Polybius.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

NVM. 6. *Victus.*

1. Sedendo cœnant in ſolo ſuper pellibus luporum & canum in medio præſtantiſſima ſedes, *Strabo, Diodorus*. At eis thoros etiam aſſignat *Diodorus*.

2. Miniſtrant eis iuniores in ætate tenerâ, & hi vaſa bibentibus circumferunt, *Strabo*.

3. Multis patinarum loco ſunt caniſtra lignea, vitilibus contexta. Bibunt autem in vaſis fictilibus, aut argenteis inſtar ollæ.

4. Panem fermento leuiorem faciunt, *Plinius*.

5. Delectantur ſuillis carnibus tum recentibus, tum ſalitis. Item & feris quas ſagittis interficiunt illitis veneno, ſic enim earum carnes fieri teneriores arbitrantur, ſed illicò vulnus circumcidunt, ne caro putreſcat. Carnem autem hanc aut elixam, aut prunis aſſam, vel veru circumactam comedunt; artus integros ambabus manibus tenentes more leonum dilaniant, ſi quid ægriùs reuellatur, cultro præcidunt. *Athenæus*.

6. Potus ditioribus vinum Italicum, ei paululum aquæ infundunt, idque *Dercoma* nominant. Item ex hordeo zythum conficiunt: Itémque multiplices potus effinxerunt ad vini formam, *Ammianus*. Sorbillant autem paulatim pitiſſantes.

NVM. 7. *Funera.*

1. Magnifica ſunt; omnia quæ grata fuerunt demortuo cum eo comburuntur, imò & animalia, ſerui, clientes; *Cæſar*.

2. Defodiunt & cum ipſis apta viuentibus; *Mela*.

3. Immittunt epiſtolas in amicorum pyram, & aliquando ſe in eam præcipitant; *Diodorus*.

4. Reſeruabant exactionem crediti, & mutui ad inferos; *Valerius Max.*

5. In Buſto virorum fortium pernoctabant, & inde oracula capiebant, *Tertullianus*.

§. 5. *Merces Galliæ.*

1. LINVM ad vela conferenda, *Strabo* & *Plinius*.

2. Pernæ exquiſitiſſimæ *Athenæo* & *Varroni*; hîc enim altitudine ſues præcellunt. Item afferebantur Romam, *Varrone* teſte, cum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pernis petaſones *des Eſchinées*, & Tomacinæ, ſeu Tomacla, *des ſaulſiſſes*.

3. Multum æris ex variis fodinis. *Cæſar.*
4. Canes optimi, *Ouidius*, *Oppianus*, *Gratius*.
5. Equæ famâ celebratæ; *Trebellius in Claudio.*
6. Lana *Varroni*, licèt eam paulo aſperiorem dicat *Strabo*.
7. Nardus ad conficiendam theriacam, *Galenus*.
8. Vaccinia purpura ad tingendas ſeruorum veſtes; *Plinius*.

## §. 6. *Lingua Gallorum.*

De eâ quadruplex opinio. *Prima*, fuiſſe Celtis, Belgis & Aquitanis proprias, quia moribus & linguâ diſſidere dicuntur à Cæſare, has ergo putant aliqui euanuiſſe. Sed dicta Cæſaris explicanda de variis dialectis indicat Sidonius, qui vnius linguæ Gallorum meminit quam Celticam vocat: itémque Strabo ſub initium 4. qui præter Aquitanos οὐ ὁμογλώττοις ἀλλὰ μικρὸν παραλλάττοντας ταῖς γλώτταις. Sed quænam illa?

*Secunda*, eſt Glareani qui Germanicam Cisrhenanam putat, vt Helueticam, aut Treuirenſem, quia S. Hieronymus ait linguam Galatarum Aſiaticorum eſſe ſimilem ei quâ loquebantur Treuiri ſuo tempore. Falſum planè, quia Tacitus de moribus Germanorum colligit Gothinos in Germania non fuiſſe origine Germanos, quia Gallicâ linguâ vtebantur.

*Tertia*, Græcè locutos eſſe putat, quia in Heluetiorum caſtris libros reperit Cæſar, in quibus nomina militum continebantur ſcripta Græcè: confirmatur, quia tempore Strabonis inſtrumenta publica Græcè ſcribebantur. Falſum item: cur enim ad Cæſarem Q. Cicero obſeſſus Græcè reſcripſiſſet ne litteræ interciperentur?

*Quarta* denique ait eandem fuiſſe cum Britannicâ, vt libro tertio manifeſtè probauimus.

## §. 7. *Religio Gallorum.*

Imperite, aut malitioſè Tullius omnem Gallis religionem ademit, ſi quidem Liuius eis perinfenſus non negligẽtes Religionis dixit. De illâ tria conſiderabimus, Deos, ſacerdotes, ſacra.

Dii Gallorum multi, præcipuus *Mercurius* quem Teutatem, vel Teutanem vocant; *Cæſar.*

*Iupiter*, ab eis *Taramis* dictus, *Taran* autem illis tonare eſt. Colebatur ſub ſpecie altiſſimæ quercus.

*Heſus*, ſeu *Eſus*, aliis *Mars*, cui omnia in bello capta ſæpe deuouebant; *Cæſar*: quem etiam ſub Imperatoribus omnium Deorum fecerunt hæredem; *Vlpianus.*

*Belenus*, ſeu *Belis*, fortè *Tibelenus* Tertulliani, & *Abellio* Scaligeri, qui *Apollo* creditur.

*Serapis* Deus, idem fortè cum *Plutone*. Alij, Onuana dea, Diana Arduina, Vulcanus, Duſij dæmones immundi, quorum meminit S. Auguſtinus.

Sacerdotes eorum celeberrimi *Druydæ*, ita dicti à voce δρῦς quercus. Apage enim hinc *Druthin* Germanicum quod Deum, & Saxonicum *Drij* quod Magum ſonat, ſicut & Drium quartum Gallorum Regem Pſeudoberoſi. Dicti ſunt à Græcis Semnothei, quaſi Deorum cultores, & Samothei apud Euſtathium à voce Σάμοι, faſtigia propter excellentiam doctrinæ: Robertus Cænalis ſic dictos putat à Samote Dite. Quò pertrahit hoc Cæſaris, Gallos gloriari ſe habere Ditem patrem. Vocati ſunt & Saronides à Sarone quodam: an Rex ille tertius Gallorum, quem Pſeudoberoſus induxit. Hi porrò adoleſcentes erudiebant, myſteria ſua occulebant, memoriæ multa carmina credebant, de philoſophia diſputabant, credebant animas immortales, Viſcum colligebant certo anni tempore, ius dicebant, ſed maximè de cæde. Omnibus præerat vnus, qui aliquando armis de principatu certabat. Eorum veſtigia hærere putant in voce *Dreux*, oppidi olim Carnutum, apud quos præcipuam fuiſſe liquet ſedem Druydum.

*Vates* Straboni, Amiano *Eubages*; ſacrificabant, & naturæ abdita rimabantur.

*Bardi* à voce Gallicâ quæ Cantorem ſonat, vt ait Sulpitius in Lucanum, an à Bardo Pſeudoberoſi. Hi Poëtæ erant, & muſici, atque Ducum præclara facinora occinebant. Auctoritatis porrò tantæ, ait *Diodorus*, vt pugnas ſolo cantu inhiberent.

Sacrificia. Homines immolabant, & ex iis cadentibus, & fuſo ſanguine futura colligebant, vt ſuprà diximus. Imò & vt morbum vitarent, aut grande periculum, deuouebant ſe, & immolabant adhibito Druydâ; *Cæſar.* Dum adorabant corpus



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

in læuam torquebant, *Plinius*; conuerſi in dextram, *Athenæus*.

## §. 8. *Politia Gallorum.*

Non hîc attingam Annij commenta, quæ ſuo Beroſo affinxit. Certiora ſunt quæ habet Liuius lib. 5. regnante Tarquinio Priſco, Biturigas toti Celticæ dediſſe Regem, túmque Ambigatum dictum. Sed procedente tempore mutatus Reip. ſtatus, aliis populis Monarchiam, aliis Ariſtocratiam præferentibus. Apud Aruernos & Heduos tempore Cæſaris creabantur magiſtratus, apud Senonas, Sequanos, Bellouacos, Reges Eligebantur autem ex virtute, vt ex Cæſare collegimus. Tandem ab eo omnes deuicti ſunt, qui Romam ipſam deuicerat, inquit *Mela*, paucis libertate ſeruata, quæ ſenſim quoque euanuit. Sub Imperatoribus vſque ad Maximinum auaritiæ potiùs Romanorum quàm Barbarorum incurſionibus patuit: quid enim ſub Tiberio, ſub Nerone, ſub initia Seueri non eſt paſſa Gallia? Maximinus & Decius in eam irrumpentes Germanos repreſſerunt. Sub Gallieno peſſimè acceptæ item à Germanis, qui tum primùm ab Aurelio victore dicuntur Franci. Tum quoque hîc nouem ex 30. Tyrannis rerum potiti ſunt, præcipui Poſthumus, Lollianus, Marius, Victorinus, Victoria eius coniux, Tetricus ab Aureliano, quia voluit, victus. Poſtea diriùs vexatæ à Germanis Galliæ, ſub Probo, Diocletiano, Conſtantino, ſub quo etiam adiunctæ ſunt turbæ domeſticæ, creato Auguſtoduni Magnentio, itémque poſtea Syluano Francorum duce, qui Coloniæ cæſus eſt. Per Iulianum Apoſtatam etiam irrumpentes Germani repreſſi ſunt, ſed iterum renouatæ ſub Iouiano & Valentiniano eorum excurſiones, à quo etiam euocati Burgundiones Germanorum hoſtes, & cum damno Romanorum irriſi. Neque melior ſub Valente, & Gratiano ſtatus, & maximè cæſo per Maximum Tyrannum Gratiano: quando & pars Galliarum, Armorica dicta, Britannis ceſſit. Sed compoſitæ per Theodoſium turbæ, ac reſtitutus Imperio Occidentis Valentinianus ſecundus. Sub Honorio huc Barbari penè omnes confluxerunt. Tum ab Galliâ repulſi Franci, ſed Gothi Aquitaniam, & Narbonenſem prouinciam occupauerunt; Burgundi Sequanorum agrũ, hícque & vicinis regionibus tenaciùs adhæſerunt. Sub Valentiniano tertio Aëtius Romanorum Imperium hîc reparare potuiſſet

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

à quo Pharamũdus, & filius eius Clodio Comatus Rheno coërciti ſunt; ſed obſtitit inuidia Imperatoris. Venit euocatus in Gallias Merouæus, vt obſiſteret Attilæ; victus Attila; & ſublato Aëtio, Franci in Galliâ reſederunt in Belgica, vbi Regio primùm Francia dicta, quæ ſenſim accreuit, & nobiliſſimæ Chriſtianorum Monarchiæ dedit initium.

### §. 9. *Diuiſio generalis.*

GALLIA.
- ASIANA dicta *Galatia.*
- EVROPÆA
  - CISALPINA, ſeu *Togata*, & *Italica.*
  - TRANSALPINA
    - BRACCATA, poſtea dicta *Narbonenſis.*
    - COMATA
      - CELTICA poſtea *Lugdunenſis.*
      - AQVITANICA.
      - BELGICA.

## CAPVT II.

### *Diuiſio Galliarum ex Iulio Cæſare.*

SIc loquitur lib. 1. Commentariorum Cæſar. *Gallia eſt omnis diuiſa in partes tres, quarum vnam incolebant* BELGÆ. *Aliam* AQVITANI, *tertiam qui ipſorum lingua* CELTÆ *noſtra* GALLI *appellantur*, &c.

*Gallos ab Aquitanis Garumna flumen, à Belgis Matrona, & Sequana diuidunt.* Et paulò pòſt. *Lacus Lemanus, & flumen Rhodanus* PROVINCIAM NOSTRAM *ab Heluetiis diuidunt.* Quomodo autem diuiſio hæc conueniat cum verbis Strabonis ex Iulij Cæſaris Commentariis, legatur Caſaubonus ad principium lib. 4. eiuſdem Strabonis.

## SYLLABVS VOCVM IVLII CÆSARIS.

A

ADualdubis vox corrupta pro Dubis.

Aduatici: *Comté de Namur, & partie du Brabant.*

Aduatuca, ſeu Aduaca: *Tongerẽ.*

Ædui: *les Eueſchez d'Autun, Châlons, Neuers, & partie de celuy de Maſcon.*

Agendicum: *Sens.*

Albici: *Eueſché de Riez en Prouence.*
Alexia: *Aliſe en Auxois.*
Allobroges: *Sauoye, & Dauphiné.*
Alpes: *les Alpes.*
Amagetrobia vox corrupta pro Magetrobia.
Ambarri: *le Charolois, & partie du Maſconois.*
Ambialites, ſeu Ambiliates: *l'Eueſché de S. Brieux.*
Ambibari, aliter Ambruareti: *l'Eueſché d'Auranches.*
Ambiani: *l'Eueſché d'Amiens.*
Andes: *l'Eueſché d'Angers, ou l'Anjou.*
Antuates: *pays de Chablais.*
Arar Fl. *la Saône.*
Arduenna Sylua: *les Ardennes.*
Arecomici: *partie Orientale du Languedoc.*
Arelas: *Arles.*
Armoricæ ciuitates: *coſte de Bretagne.*
Aruerni: *l'Auuergne.*
Atrebates: *l'Artois.*
Auaricum: *Bourges*, malè *Vierzon.*
Aulerici à Ptolemæo in Cenomanos, Eburouices & Diablintes diſtincti.
Auſcij: *le Dioceſe d'Auſch.*
Axona Fl. *l'Aiſne.*

B

BAtaui: *la Betuue, ou le Betauu en Hollande.*
Belgium: *le Beauuoiſis, Eueſchez d'Amiens, de Senlis, l'Artois & le Vermandois.*
Bellocaſſes corruptè pro Velocaſſes.
Bellouaci: *le Beauuoiſis.*
Bibrax Rhemorum: *Braine*, aut *Beuuray en Rhetelois.*
Bigerriones: *le Comté de Bigorre.*
Bituriges: *le Berry.*
Boij: *le Bourbonnois.*
Brannouices, ſeu Blanonij & Brannonij: *la Breſſe.*
Bratus-pantium, *Beauuais*, quibuſdam *Gratepance*, aut *Granduiller.*
Bribracte: *Autun*, aliis Mons *Beuuray*, prope *Autun*; malè *Beaulne.*

C

CAbillonum: *Châlons ſur Saône.*
Cadetes: corruptè pro Caletes.
Cadurci: *le Queroy.*
Cæreſi: ad arcem *Cerey ſur Meuſe.*
Caletes: *le pays de Caux.*
Carcaſſo: *Carcaſſonne.*
Carnutes: *Eueſché de Chartres & Orleans.*
Catuaci: corruptè pro *Aduatici.*
Caturiges: *Dioceſe d'Ambrun.*
Cebenna M. pro Gebenna.
Cenomani: *le pays du Mayne.*
Centrones: *le pays de Tarentaiſe.*
Centrones in Belgis corruptè pro *Eburones.*
Cocaſates: *le Bazadois.*
Condruſi: ad oppidum *Condrotu* prope *Nuitz.*



GALLIÆ TABULA ACCURATIOR ad IULII CÆSARIS commentaria
BELGIUM CÆSARIS
OCEANUS AQUITANICUS
BRITANNICUS OCEANUS
MARE GERMANICUM
BRITANNIÆ PARS
MAGNÆ GERMANIÆ PARS
GALLIÆ CITERIORIS PARS
RHÆTIÆ PARS
PARS HISPANIÆ
MARIS MEDITERRANI PARS
Æ. de la plaeets fec.

Confluentes Moſellæ, & Rheni: *Coblens.*

Curioſolitæ: *Eueſché de Cornoaille.*

D

DEcetia: *Deſize en Niuernois.*

Diablintes: *les Percherons, ou l'Eueſché de Dol.*

Dubis Fl. *le Doux.*

Durocortorum: *Rheims.*

E

EBurones: *partie des Liegeois.*

Eburouices: *Eueſché d'Eureux.*

Elauer Fl. *Allier.*

Eluſates: *territoire d'Eauſe.*

Eſſui corruptè pro Seſunij, ſeu Seſui.

F

FLuſtates corruptè pro Eluſates.

G

GAbali: *le Geuaudan.*

Garites: *le Comté de Gaure.*

Garocelli: *Val de Morienne.*

Garumna Fl. *la Garonne.*

Garumni ad fontem Garumnę: *partie de Comminge*, alij circa oſtia collocant.

Gebennæ M M. *les Mons d'Auuergne, & les Ceuennes.*

Gennabum: *Orleans*, aliis *Gien.*

Geneua: *Geneue.*

Gergobina corruptè pro Gergobia: Gergobinam hanc dicunt eſſe *Molins.*

Gergouia: *Clermont en Auuergne*, aut *Gergoie*, locus in monte vicino.

Gorduni: fortè *le territoire de Gand.*

Grudij: fortè *le quartier de Louuain.*

H

HEleutheri proximi Cadurcis: *territoire d'Orillac.*

Heluetij: *les Suiſſes.*

Heluïj: *le Viuarez.*

I

ICius portꝰ: *Calais ou Bologne*, aliis *Mardik*, aliis *Eſſeu* vicus.

Inſula contra Maſſiliam: *Chaſteau d'If.*

Ioſedum corruptè pro Metioſedum.

Iura Mons: *Mont Iura, ou de S. Claude.*

L

LAtobrici: *pays de Vaux, & Lauzane.*

Lemanus lacus: *le lac de Geneue.*

Lemouices: *le Limoſin.*

Lepontij: *partie des Griſſons & Suiſſes.*

Leuaci: fortè *partie de Hainault.*

Leuci: *Eueſché de Toul, & la Vauge.*

Lexouij: *Eueſché de Liſieux.*

Ligeris Fl. *le Loire.*

Limonum: *Poictiers.*

Lingones: *Eueſché de Langres.*

Lutetia: *Paris.*

M

MAgetrobia: *Magſtat en Lorraine.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Mandubij : *Lauxois en Bourgongne.*
Maſſilia : *Marſeille.*
Matiſco : *Maſcon.*
Matrona Fl. *la Marne.*
Mediomatrices : *pays Meſſin.*
Meldæ : *Eueſché de Meaux.*
Melodunum : *Melun.*
Menapij : *Brabant partie de Flandre, Gueldre, Cleues & Iuliers.*
Metioſedum corruptè pro Melodunum.
Morini : *l'Eueſché de Terouenne.*
Moſa Fl. *la Meuſe.*
Moſella Fl. *la Moſelle.*

N

NAmnetes : *le Comté Nantois.*
Nantuates : *partie des Griſons.*
Narbo : *Narbonne.*
Nemetes : *l'Eueſché de Spire.*
Nemetocenna, vel Nemetocerna : *Arras.*
Neruij : *partie de Hainault, & le Cambreſis.*
Nitiobriges : *l'Agenois.*
Nouiodunum Biturigum : *Neuuy ſur Baranion.*
Nouiodunum Sueſſionũ : *Noion.*

O

OCellum : *Eſilles prés de Suſe.*
Octodurus : *Martinach en Valais.*
Oſiſmij, ſeu Oſiſini : *Eueſchez de S. Pol, & Triguier.*

P

PÆmani : *partie des Ardennes,* ad oppidum *Famene.*
Pariſij : *Dioceſe de Paris.*
Petrocorij : *le Perigord.*
Pictones : *le Poictou.*
Pleumoſij : *partie de Flandre,* ad oppidum *Peule.*
Preciani : *Montaignars de Cominge.*
Pyrenæus M. *les Pyrenées.*

R

RAuraci : *l'Eueſché de Baſle.*
Rhedones : *Eueſchez de Rhenes, S. Brieux, S. Malo,* & fortè *Dol.*
Rhemi : *Dioceſe de Rheims.*
Rhenus Fl. *le Rhin.*
Ruteni : *pays de Rouergue.*

S

SAbis Fl. *la Sambre.*
Samarobrina, vel Samarobriua : *Amiens,* malè *Bray,* aut *Cambray.*
Santones : *la Xaintonge.*
Scaldis Fl. *l'Eſcault.*
Sebuſiani, aliter Seguſiani : *Foreſt, Beauiolois, Lionnois.*
Seduni : *le haut pays de Valais.*
Segni. Neſcio. In Belgica.
Senones : *le Dioceſe de Sens & d'Auxerre.*
Sequana Fl. *la Seine.*
Sequani : *la Franche Comté.*
Seſuuij, ſeu Seſui : *Eueſché de Seez.*
Sotiates, ſeu Sontiates : *l'Eueſché d'Aire,* aliis *le territoire de Sotz.*
Sotiatum oppidum : *Ayre,* aliis *Sotz en Armaignac.*
Sueſſiones : *l'Eueſché de Soiſſons.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

T

TArbelli : *Eueſchez d'Acqs, & Baionne.*
Taruſates : *territoire de Tartas.*
Tauroïs, aliter Tauroëtum : *lieu entre Marſeille & Tholon*, fortè *la Ciotat.*
Tectoſages Volcæ : *la partie Occidentale du Languedoc.*
Tigurinus Pagus : *le Zurikgou.*
Toloſa : *Toloſe.*
Toloſates : *Dioceſe de Toloſe.*
Treuiri : *Dioceſe de Treues.*
Tribocci : *Eueſché de Strasbourg.*
Tullingi : *Comtez de Monbelliard, Bedfort, & Ferrete.*
Turones : *Dioceſe de Tours.*

V

VAhalis Fl. *Vahal bras du Rhin.*
Vangiones : *Eueſché de Vormes.*
Varus Fl. *le Var.*
Vellauni : *le pays de Vellay.*
Vellaunodunum ; vbi poſtea *Chaſteau-Landon.*
Velloeaſſes : *Dioceſe de Rouën, excepté le pays de Caux*, nomen eorum reſtare videtur in vtroq; Vexino, ſeu Vulxino, *le Vexin.*
Vnelli ſeu Venelli : *Eueſché de Coutance.*
Veneti : *l'Eueſché de Vannes.*
Venetia : *Vannes.*
Veragri : *le bas Vallais.*
Verbigenus pagus : *Vviſliſpurgergou.*
Veromandui : *le Vermandois.*
Veſontio : *Beſançon.*
Vienna : *Vienne en Dauphiné.*
Vocates, ſeu Boates : *Captalat de Buſch.*
Vocontij : *Eueſchez de Vaiſon, & de Die.*
Vogeſus Mõs : *les MM. de Vauge.*
Volcæ diuiſi in Arecomicos & Tectoſages : *le Languedoc.*
Vxellodunum : hactenus credebatur Mons prope *Martel* ad Duranium : ſed reuera hodie, *le puech d'Vxellon, ou d'Iſſouldun*, prope caſtrum *Martelas* ad Oldum, 3. leucis ab vrbe *Cadenat.*

## CAPVT III.

### *Diuiſio Galliarum per Auguſtum.*

CVm Auguſtus ſublato Antonio vniuerſam Remp. ad ſe vnum reuocaſſet, animum adiecit ad prouincias ritè ordinandas, Italiâque conſtitutâ tranſiit in Gallias, vbi hæſit aliquantum, vt locupletem illam regionem in prouincias partiretur; quæ demum ſæpe mutatæ ad 17. peruenerunt, vt obſeruabimus in diſtributione ſecundùm Notitiam.

Primùm ergo Galliam in quatuor ampliſſimos tractus diſcreuit, re-

retinuitque antiqua nomina præterquam Celticæ, quod nomen quoniam toti Galliæ commune videbatur antiquauit, eiúſque loco Lugdunenſis nomen repoſuit. Et quia hæ prouinciæ erant inæquales, populos aliquot ademit vni, vt alteri adderet. De ſingulis agemus totidem capitibus, vbi præſenti, vniuerſas ſub vno aſpectu collocauerimus.

| | |
|---|---|
| NARBONENSIS. | VOLCÆ: TECTOSAGES { Narbo: *Narbonne.* Tholoſa: *Tholoſe.* } *Partie Occidentale du Languedoc.* ARECOMICI, *partie Oriẽtale.* Nemauſus: *Niſmes.* |
| | HELVII *le Viuaretz.* Albaugusta: *Viuiers.* |
| | ALLOBROGES *Sauoye, Dauphiné &c.* Vienna: *Vienne.* |
| | SEGALAVNI *Duché de Valentinois.* Valentia: *Valence.* |
| | CENTRONES *Val de Morienne.* Forum Claudij: *Mouſtier en Tarentaiſe.* |
| | CATVRIGES *Gapençois.* Vapincum: *Gap.* |
| | SEGVSINI *Marquiſat de Suſe, & le Briançonnois.* Seguſium: *Suſe.* |
| | EBRODVNTII *Dioceſe d'Ambrun.* Ebrodunũ: *Ambrun.* |
| | DATIANI *les Dioceſes de Glandeue, Vence, Grace.* Antipolis. *Antibe.* |
| | VOCONTII *le Diois: Baronies*, &c. Vaſio: *Vaiſon.* |
| | TRICASTINI *Dioceſe de S. Pol.* Augusta: *S. Pol de Tricaſtin.* |
| | CAVARES *le Contat*, &c. Auenio: *Auignon.* |
| | MIMENI *Dioceſes de Ciſteron, Digne*, &c. Durio: *Siſteron.* |
| | SALYI *Dioceſes d'Aix & d'Arles.* Aquæ Sextiæ: *Aix en Prouence.* |
| | ANATILI *la Crau, & Carmagne.* Maritima: *Martegue.* |
| | COMMONI *Dioceſes de Marſeille, Thoulon, Freius.* Maſſilia: *Marſeille.* |
| | *Salaſſi, Lepontij, Veragri, Seduni, Vediantij, Libici, Taurini*, de quibus in Italiâ, huc quoque ſpectant. |
| AQVI- | TARBELLI *le Bearn & les Baſques.* Aquæ Tarbellicæ: *Baionne*, aut *Acqs.* |
| | CONVENÆ *Bigorre, Cominge, Conſerans.* Lugdunum: *S. Bertrand.* |
| | DATII *Dioceſe Dax.* Taſta: *Dax.* |
| | AVSCII *Dioceſes d'Auſch, Lectoure, Ayre.* Augusta: *Auſch.* |

BITVRIGES Vibiſci *Bourdelois*. Burdigala : *Bordeaux*.
VASATES *Bazadois*. Coſſio : *Baſas*.
NITIOBRIGES *l'Agenois*. Aginnum : *Agen*.
TA- CADVRCI *le Quercy*. Deueona : *Cahors*.
HELEVTERI *l'Albigeois*. Albiga : *Alby*.
RVTHENI *Rouergue*. Segodunum : *Rodez*.
GABALI *le Geuaudan*. Anderidum : *Mande*.
NIA. VELAVNI *le Vellay*. Reueſio : *le Puy*.
ARVERNI *l'Auuergne & le Bourbōnois*. Gergobia : *Clermōt*.
BITVRIGES CVBI *le Berry*. Auaricum : *Bourges*.
LEMOVICES *le Limoſin*. Ratiaſtrum : *Limoge*.
PETROCORII *le Perigord*. Veſuna : *Perigueux*.
SANTONES *Xaintonge*. Mediolanium : *Xaintes*.
PICTONES *le Poictou*. Limonum : *Poictiers*.

SEGVSIANI *le Lionnois*, &c. Lugdunum : *Lion*.
HELVETII *les Suiſſes* } In Germaniâ.
RAVRACI *l'Eueſché de Baſle* }
SEQVANI *la Franche Comté*. Viſontio : *Beſançon*.
LINGONES *Dioceſe de Langres*. Andomatunum : *Langres*.
VADICASSES *le Niuernois*. Nouiodunum : *Neuers*.
ÆDVI *le Duché de Bourgongne*. Auguſtodunum : *Autun*.
SENONES *Dioceſes de Sens, & d'Auxerre*. Agendicū : *Sens*.
LVG- TRECASSES *Dioceſe de Troyes*. Auguſtomana : *Troyes*.
MELDÆ *Dioceſe de Meaux*. Iatinum : *Meaux*.
PARISII *Dioceſe de Paris*. Lucoteſia : *Paris*.
CARNVTES *Dioceſes de Chartres, & Orleans*. Autricum : *Chartres*.
DV- VELOCASSES *Dioceſe de Roüen*. Ratomagus : *Roüen*.
CALETES *pays de Caux*. Iuliobona : *l'Iſlebonne*.
LEXOVII *Dioceſe de Liſieux*. Nouiomagus : *Liſieux*.
NEN- AVLERCI { EBVROVICES *Dioceſe d'Eureux*. Mediolanium : *Eureux*.
CENOMANI *le Maine*. Vindunum : *le Mans*.
DIABLINTES *le Perche*, aut *l'Eueſché de Dol*. Nouidunum : *Nogent le Rotrou*, aut *Dol*. }
SESSVI *Dioceſe de Séez*. Vagoritum : *Séez*.
BIDVCASSES *Dioc. de Baieux*. Iuliobona : *Baieux*.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


GALLIÆ DIVISIO OCTAVIANA.
GALLIA
EV-RO-PÆ-A.
ASIATICA Quæ et Galatia.
CI A PINA Quæ et Togata.
TR-AN-S AL-PI-NA.
BRACHATA Quæ Narbonensis et provincia Romanorum.
CO-MA-TA.
Belgica.
Celtica seu Lugdunensis.
Aquitania.
MARE
UIRGINIU.
ALBIONIS
PARS
OCEANUS GERMANICUS
BRITANNICUS
OCEANUS
MAGNÆ GERMA: NIÆ. PARS
OCE: ANUS GALLICUS Seu AQUITA: NI: CUS.
HISPANIÆ PARS
SINUS GALLICUS
MARE LIGUS: TICUM
ITA: LIÆ PARS
RHÆT IÆ
HELV ETII

VNELLI *Dioc. de Coutance.* Coſediæ: *Coutance.*
ABRINCATVI *Dioceſe d'Auranche.* Ingena: *Auranche.*
RHEDONES *Dioc. de Rennes, S. Malo,* &c. Condate: *Rennes.*
OSISMII *Dioceſes de S. Pol, & Triguier.* Vorganium: *S. Pol de Leon.*

SIS.

CVRIOSOLITÆ *Cornoaille.* Curioſolitæ: *Kimper-Corentin.*
VENETI *Dioceſe de Vannes.* Dariorigum: *Vannes.*
NAMNETÆ *Comté de Nantes.* Condiuincum: *Nantes.*
ANDECAVI *l'Aniou.* Iuliomagus: *Angers.*
TVRONES *la Touraine.* Cæſarodunum: *Tours.*

BEL-GI-CA.

BELLOVACI *Dioceſes de Beauuais, & Senlis.* Cæſaromagus: *Beauuais.*
AMBIANI *Dioceſe d'Amiens.* Samarobrina: *Amiens.*
VEROMANDVI *le Vermandois.* Auguſta Vero. *Vermand, Abbaye.*
MORINI *Dioceſe de Terouanne.* Teruanna: *Terouenne.*
NERVII *le Hainault,* &c. Bagacum: *Bauay.*
MENAPII *Flandre, Brabant.* Caſtellum Menapiorum: *Keſſel.*
TOXANDRI *la Zelande.* Helium Caſtellum: *Briel.*
BATAVI *Hollande, & Gueldres.* Lugdunum: *Leyden.*
TVNGRI, ſeu Germani, *le Liege,* &c. Vatuca: *Tongeren.*
TREVIRI *le Treuirois.* Auguſta Treu. *Treues.*
VANGIONES *Maiençois.* Bormetomagus: *Vormes.*
NEMETES *Eueſché de Spire.* Nœomagus: *Spire.*
TRIBOCCI *Dioceſe de Strasbourg.* Argentoratum: *Strasbourg.*
MEDIOMATRICES *pays Meſſin,* &c. Diuodurum: *Metz.*
LEVCI *Eueſchez de Toul, & Verdun.* Tullum: *Toul.*
RHEMI *Dioceſe de Rheims,* &c. Durocortorum: *Rheims.*
SVESSIONES *Dioceſe de Soiſſons.* Auguſta Sueſ. *Soiſſons.*

## CAPVT IV.

### *De Gallia Narbonenſi, ſeu Prouincia Romanorum.*

TRANSMISERE in Gallias Romani per Maſſilienſes, coloniam Phoceenſem, euocati, quorum agros populabantur *Salyi* (fortè qui olim Ligyes, ſeu Ligures dicti: nam quidam veterum Ligures ad Rhodanum vſque extendunt:) Prædones illi à Fuluio Flacco compreſſi ſunt; victi per C. Sextium, qui apud eos coloniam fixit, & de ſuo nomine *Aquas Sextias* dixit: vexati deinde Allobroges propter Æduos Socios Po. Ro. ſuperatíque priùs à Domitio Ænobarbo, iterúmque à Q. Fabio Maximo, qui dictus eſt Allobrox. Paucis pòſt annis deuicti ſunt ad Alpes Stonij per Q. Martium Narbonem, à quo condita Narbo colonia, firmiſſimum contra Gallos præſidium. Tum enim de hâc ſibi adſciſcendâ prouinciâ Romani cogitabant. Sed eorum conſilia interrupêre Cimbri, & Teutones, qui Manlium & Cæpionem vicerunt. Hic Toloſatis Apollinis templum prædiues ſpoliauerat, ſed furtum hic ſuum turpi fugâ ibidem, & turpiori Romæ ſupplicio luit. Paulò pòſt tamen, deuictis à Caio Mario Teutonibus, & Cimbris, meditata Romani perfecere, & hanc regionem in prouinciæ formam redegêre; præter vrbem Nemauſum quæ cum 24. oppidis iure Latino fruebatur, vt ait Strabo. Et quamquam id impedire conati ſint, Salij, Allobroges, imò & Galli Narbonam obſidẽtes, tamen per Cecilium, Fonteium, & Pomptinum repreſſi ſunt. Hanc itaque prouinciam pacatam inuenit Cæſar, & ex eâ bellum in reliquam Galliam tranſtulit. Quid hîc contigerit ſub Imperaribus, & quomodo ad Barbaros tranſierit noſtræ conſulantur Hiſtoriæ. Quæcumque de eâ dici poſſunt his verbis complexus videtur eſſe Plin. lib. 3. cap. 4. *Breuiter Italia veriùs quàm Prouincia.*

VOLCÆ TECTO-

NARBO Martius: *Narbonne.* Atacinorum & Decumanorum colonia, & Nauale ad Fl. Atacem *Aude* qui cadit in lacum Rubrenſem, aut Rubreſum, *l'eſtang de la Rubine*: & Narbonenſem, ſeu Narbonitim, *le lac de Narbonne.* Strabo hanc tribuit Arecomicis; Ptolemæus his addicit.

Toloſa: *Toloſe*, Palladia olim dicta, & caput Te-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ctoſagum memorabilis auro ſuo, quod raptori Cæpioni infortunatiſſimum extitit; ad Garumnam Fl. fixa eſt.

**SAGES,**

*Tout l'Archeueſché de Toloſe, & dans celuy de Narbonne, les Dioceſes de Narbonne, Beziers, Carcaſſone, S. Pons, & Aleth.*

Carcaſſo, Carcaſſum & Carcaſſio: *Carcaſſone*, ad Atacem Fl.

Bliterræ Septimanorum, & Beterræ Ant. Betiræ Ptol. Biltera Strab. Betarrus Steph. *Beſiers*, ad Obrim, ſeu Orobium Fl. *Orbe*.

Dunitari quibuſdam *Caſtelnaudari*, aut *Mirepoix*.

Alethum: *Aleth*.

Salſulæ cum fonte cognomine & ſtagno: *Salſes*.

Leocata, Melæ non locus, ſed littus à candore ſic dictus: *Locate*.

Ruſcino in ora Sardoum colonia, hodie *la Tour de Rouſillon*, prope *Perpignan*, ad Fl. *Latet*.

Illiberis Melæ vicus, vrbis & magnarum opum tenue veſtigium, poſtea Helena *Elne*, ad Fl. Illiberim, qui & fortè dicebatur Thicis *Tech*.

Telis Fluuius paruus, vbi creuit perſæuus: *Egli*.

**VOLCÆ ARECOMICI,**

*Les Dioceſes de Niſmes, Vſetz, Montpellier, Lodeue, & Agde.*

NEMAVSVS caput Arecomicorum in viâ ſita, quæ ex Italiâ in Hiſpaniam ducit, iure Latij perfruens, cum 24. ſuis pagis: *Niſmes*.

Rhode ciuitas Rhodiorum, vnde dictus Rhodanus Fl. Rhodanuſia Stephani: *Pecais*.

Agatha ad Araurarim Fl. *Agde ſur l'Errault*, Ptol. Agathapolis.

Agatha Inſula poſtea Magalone Maſſilienſium opus, olim & dicta Agatha-Tyche. Periit vrbs illa, & Epiſcopatus Montem-Peſſulanum tranſlatus; Inſula nunc nomen retinet *Magalone*.

Vcecia, malè Vcetia: *Vſetz*.

Gernum aliter Vgernum, in via quæ Nemauſo Taraſconem deducit: *Beaucaire* vt indigenæ putant.

Luteua, ſeu Lutana caſtrum: *Lodeue*.

Blaſcon Inſula diuidens ſinum Gallicum propriè dictum à lacu Rubrenſi, qui duo ſinum Gallicum efficiunt: *le Breſcon*.

Mons Setius: *le Cap d'Agde*.


GALLIA NARBONENSIS SEU PROUINCIA ROMANORUM.
PARS AQVI= TANIÆ.
PARS GALLIÆ LVGDVNENSIS
HELVETII.
ARVERNI.
GABALI.
RVTE- NI.
NITIOBRIGES.
AVSCII.
VOLCÆ
SINVS GALLICVS.
PARS MARIS MEDITERRANEI.
STÆCHADES INS.
Lacus Lemanus
ALLOBROGES.
SEGVSIANI.
Tholosa
Carcasso
Narbona
Massilia
Vienna
Lugdunum
Nemausus
Arelate
Rhodanus fl.
Olindus fl.

| | |
|---|---|
| HEL-VII *le Viuarez.* | ALBAVGVSTA, Plinio Albaheluorum, poſtea dicta Viuario: *Viuiers*. Malè Heluij apud Ptolemæum dicuntur Eliboci, apud Strabonem Elui, & Aquitanis tribuuntur. |
| ALLO-BROGES *le Viẽnois Duché de Sauoye, Graiſiuauldam, Geneuois, Chablais & Foſſigny.* | VIENNA colo. Ro. Allobrogum, Senatoria dicta, Biennum Stephano à Bienno Cretæ: *Vienne en Dauphiné.*<br>Cularo, aliter Acuſiorum colonia, poſtea Gratianopolis, & fortè meliùs Grannopolis: *Grenoble*, ad Fl. Iſaram *l'Iſere.*<br>Geneua & Genaua, item poſtea Ienoba & Ianoba, quam incolæ iam vocant Allobrogum coloniam: *Geneue*, malè Gebenna.<br>LACVS LEMANVS in quem Rhodanus Fl. cadit, nec aquas ei permiſcet, vt aiunt veteres: negant indigenæ, dubitauit Caſaubonus αὐτόπτης, hodie *le lac de Geneue, ou de Lauſane.* |
| SEGALAVNI, ſeu Segouellani, *le Duché de Valentinois.* | VALENTIA quam Plinius Cauarum vocat: *Valence.*<br>Trophæum Æmiliani vltra Rhodanum ad Radices Cemenij montis vbi Q. Fab. Max. Æmilianus CC. Gallorum millia cecidit: prope *Curſol.* |
| CENTRONES *la Tarentaiſe, & le Val de Morienne.* | FORVM CLAVDII poſtea Tarãtaſia, ſeu Darãtaſia, vt legitur apud Anton. *Mouſtier en Tarentaiſe*, hi populi in Graiis Alpibus degebant. |
| CATVRIGES *le Gapençois.* | VAPINCVM, ſeu Vapingum Antonini, in libello prouinciarum, ciuitas Appencenſium: *Gap en Dauphiné.* Erant hi populi Alpium incolæ, & nominis veſtigium hæret in oppidulo *Charges*, prope *Gap.* |
| SEGVSIANI, meliùs SEGVSINI, *le Marquiſat de Suſe, & le Briançonnois.* | SEGVSIVM, & Seguſio, Reguſio Anto. & Marcell. *Suſe.*<br>Brigantiũ Plinio & Ptol. in Seguſianis, Ammiano Virgãtia, *Briãçon*, vicũ vocat Strab. |
| EBRODVNTII *le Dioceſe d'Ambrũ.* | EBRODVNVM, Straboni Epebrodunum quod κώμην tantùm vocat: *Ambrun*, populos Inalpinos Plinius vocat, & Bodiuntios nominat niſi irrepſerit error: quidam volunt etiam Sontios dictos, ſeu Sentios, non probo. |

AN-

**DATIATII,** *les Dioceſes de Glandeue, Vence, & Grace.*

- ANTIPOLIS Maſſilienſium vrbs Floro, poſtea tamen ab eorum iure ſubducta, & Italicis contributa: *Antibe.*
- Glanateua CAPILLATORVM, aliter Glanatica in Alpibus Maritimis: *Glandeue.*
- Vintium NERVSIORVM, ſeu Neruſorum in Alpibus, Ventia Dioni, Vicium Greg. Turonenſi: *Vence.*
- Varus Fl. Italiæ & Galliæ terminus, paruus æſtate, hyeme VII. ſtadiorum in latit. *le Var*, ex monte Acema funditur, Plinio.
- Lero: *S. Marguerite*: & Lerina: Planuſia Strabonis quibuſdam, *S. Honorat*: has idem Strabo ante Antipolim, Ptol. ante oſtia Vari Fl. locat.

**VOCONTI,** *le Diois, les Baronies, & l'Eueſché de Vaiſon au Comtat.*

- VASIO ſita in edito loco, vnde & Aëria dicta; Ciceronis Forum Vocontiũ, Sidonio oppidũ Vaſſionenſe; corruptè apud Plinium Vaſco: *Vaiſon.*
- Dea Bocontiorum Antonino, fortè Deas caſtrum Gregorij Turonenſis: *Die.* Dicta eſt & Auguſta Dea.

**TRICASTINI,** *l'Eueſché de S. Pol, ou des 3. Chaſteaux.*

- AVGVSTA Tricaſtinorum, antea Senomagus, vel Neomagus, poſtea Tricaſtini. *S. Pol des Trois Chaſteaux, ou de Tricaſtin.*

**CAVARES SEV CAVARI,** *le Comtat d'Auignon, la Principauté d'Orange, l'Eueſché d'Apt.*

- AVENIO Col. Ro. *Auignon*, caput Cauarum, qui Plinio Caueres, Ptol. Cauari, Melæ Cauaræ, Straboni Cuari aut Catari. Eo nomine ait Strabo olim dictos à Ro. omnes trans Rhodanum Barbaros, & eos intra Druentiam & Iſaram collocabat, ſed Ptol. terminos reſtrinxit.
- Carpentoracte Plinij, in libello Prouinc. Carpentoractenſis ciuitas, quæ Vindeſca dicitur: *Carpentras.*
- Arauſio Colo. Secundanorum à legione ſecunda eò à Triumuiris deducta: *Aurange.*
- Vndalum vbi Sulga cum Rhodano confunditur, memorabile Domitij Ænobarbi victoriâ, *le Pont de Sorge.*
- Cabellio, ſeu Colonia Cabelliorum ad Druẽtiam Fl.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Durance*. Item & Caballio : *Cauaillon*.
Apta Iulia WLGIENTIVM, ſeu Wlcientum, Antonino Auia Iulia : *Apt*.

**MIMENI,** *les Dioceſes de Ciſteron, Digne, Sanez & Riez.*

- DVRIO poſtea Seguſtero, vt ex Strabone intelligitur: *Ciſteron*.
- Forum Neronis quorum incolæ Luteuani Foroneronienſes dicti Plinio: *Folcarquier*.
- Dinia SONTIORVM de quibus ſuprà aliquid diximus, in libello Prouinc. ciuitas Dignenſis & Dinienſis: *Digne*. Eam Plinius tribuit Ebroduntiis.
- Sanicium VESDANTIORVM, ſeu Vendionciorum, in Alpibus maritimis, aliter Sanicitio : *Sanez*.
- Reij Apollinarij ALBIGORVM, qui & Albiœci, & Albienſes, & Alebeceri dicuntur: *Riez*.

**SALYI** ſeu Salyes & Saluyij & Salyces *Dioceſes d'Aix & d'Arles.*

- AQVÆ SEXTIÆ à Proconſule Sextio victore Salyorũ huc deductâ coloniâ, ſicque dicta propter aquarum calidarũ, & frigidarum copiã : *Aix en Prouence*.
- Arelate Sextanorum colonia, ampliſſimum emporium ad Rhodanum, poſtea dicta Conſtantina, ab Auſonio Roma Gallula : *Arles*.
- Taraſco : *Taraſcon*.

**ANATILI** Plinio & Melæ Auatili, item & Auatici corruptè,

- MARITIMA colonia ſtagno aſſidens, quod Aſtromelam quidam vocabant, aut Stromalimnam abundantem oſtreis, & malè creditum oſtium Rhodani hodie *Martegue*, *ou Martigue*, vt & ſtagnum cognomine.
- Foſſa Mariana oppidum Ptolemæo, Melæ, Straboni & Plinio ſtagnum : Hanc purgauit Marius, & dedit Maſſilienſibus ob egregiam operam contra Ambrones.
- Dianæ Fanum in Inſula quam efficiunt oſtia Rhodani, hodie *Noſtre Dame*. Hęc Inſula fortè Plinij Metina eſt.
- Rhodani oſtium duplex Ptolemæo & Polybio, multiplex Liuio, πεντάστομος Timæo & Diodoro, ἑπτάστομος quibuſdam apud Strabonem. Tria memorantur apud veteres oſtia, Hiſpanienſe Occidentale, *la*

*Robine.* Metapontinum medium : *Gras d'Orgon.* Maſſilienſe Orientale : *Gras de Paſſon.*

*la Crau & Camargue.* Campus lapideus, ſeu lapidarius, Plinio, Melæ littus lapideum. Hi lapides dicuntur miſſi à Ioue Herculi dum pugnat in Gigantes. Ita Mythologi, ſed Ariſtoteles ait terræ motibus, & maris ebullitione eiectos: hodie *la Crau.*

COMMONI olim pars Salyorum *les Dioceſes de Marſeille, Thoulon, Freius.*

MASSILIA à Phocæenſibus Aſiaticis condita, dum Cyri Tyrannidem fugiunt, fidiſſima poſtea, & amiciſſima Romanis: portu optimo, celebris Collegio ſuo, Templo & Armamentario; *Marſeille.*

Promontorium Cithariſtes: *le Cap de la Croiſette.*

Olbia à Maſſilienſibus contra Salyos condita. *Hieres.*

Tauroïs, ſeu Tauroentum à Tauro, inſigne nauis quâ aduecti Phocæenſes: fortè *la Ciotat.*

Telo Martius fortè à Strabone portus Oxibius: *Thoulon.*

Forum Iulij, ſeu Forum Iulium Col. Commonorum, Pacenſis, & Claſſica Col Octauonorum, Melæ, Octauianorum, ſeu vt Strabo Nauale Cæſaris Augusti: *Freius,* ad oſtium Argentei Fl. *Argens.*

STOECADES 5. Ptolemæo, ſed innominatæ: tres ſic Plinius nominat.
- Prote: *Porquerolles.*
- Meſe ſeu Pomponiana : *Porte Cros.*
- Hypæa ſeu Hippata: *l'Iſle du Titan.*

Hi quoq; populi Narbonẽſi attribuuntur, ſed quia in Italiâ poſiti hîc de illis agemus pluribus.

SALASSI Auguſta Prætoria: *Aoſte.*

LEPONTII Oſcela: *Domo d'Oſcela.*

VERAGRI / SEDVNI — *le Valais* — Octodorus: *Martinach.* / Sedinũ: *Stõ* Germanicè *Sitten.*

VEDIANTII, vbi Nicea: *Nice.* Caput Cemelenum, *Monte-Camelione.*

VAGIENNI Salinæ: *Saluſſes.*

LIBICI Rigomagus: *Trin.*

TAVRINI Auguſta Taurinorum: *Turin.*

# CAPVT QVINTVM.

## *De Aquitania.*

ITA dicta ab Aquis quibus penè tota rigua eſt, vel vt ait Plinius cap. 19 lib. 4. ab Aquitanis ſic dictis quibuſdam populis. Metallorum feraciſſima Plinio atque Strabone teſtibus. Eius incolas Strabo ſimiliores Hiſpanis facit quàm Gallis, & linguâ à Celtis, Belgiſque diſtinguit. Olim celeberrimi erant hîc Sontiates, ſeu Sotiates quos Dio vocat Appiates, de quorum Rege meminit Athenæus. Habebat is ſexcentos Silodunos (Cæſar videtur Soldurios appellare) eadem veſte, eadem menſâ cum Rege vtentes, & auctoritate pari in eius ſubditos. Promittebant illi ſe Rege mortuo non fore ſuperſtites, & nemo vnquam votum exſoluere detrectauit. Ante aduentum Cæſaris in Gallias bis tentati fuerant à Ro. Aquitani per C. Valerium, & Luc. Manilium, ſed bis turpiter repreſſi Ro. Tempore Cæſaris deuictis Sontiatibus, eorúmque Rege, facilè reliqui ſubiugati ſunt populi quos Cæſar enumerat, qui tamen pagi erant, & in gratiam fortiſſimi Adoleſcentis in populos conuerſi, vt plerique omnes ſuſpicantur. Quomodo autem Vaſconibus ceſſerit pars Aquitaniæ, & quando, legatur Dupleſſius qui non negligenter res ſuæ Gentis in noſtros Annales coniecit. Olim, vt ait Plinius lib. 4. cap. 17. Aremorica dicebatur, vbi quidam ineptè Arecomica legere volunt, & ridicula comminiſcuntur. Dicta enim Aremorica quia maxima pars populorum eius ad Oceanum accolebant, inquit Strabo. Item Garumnâ Fl. terminabatur, poſtea tamen ab Auguſto extenſa eſt adiunctis ei quatuordecim populis, inquit Strabo τεσσαρεσκαίδεκα, non decem vt ait Latinus interpres ex errore Græco, & ad Ligerim promota, quod præterpropter intelligendum eſt; ſicque ſumptam Aquitaniam hoc capite conſiderabimus.

| | |
|---|---|
| TARBELLI *le Bearn & les Baſques.* | AQVÆ TARBELLICÆ, ſi itinerariæ tabulæ interrogentur, hodie *Batone* dicendæ ſunt; ſi Robertus Cænalis *Tarbe*, ſi Scaliger in hac parte non temnendus *Acqs*. |
| Apud hos aurũ plu- | Beneharnus hodie *Leſcar*, Scaligero *Ortez*, aliis *Bierne*, malè. Anto. vocat Beneharnum. |




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

| | |
|---|---|
| rimum Straboni. | Illuro, & Olorum, & ciuitas Oloronenſis, & Eloronenſis in Benearnis : *Oleron.* |
| CON-VENÆ, *les Dioceſes de Bigorre, Comminge & Conſerans.* | LVGDVNVM CONVENARVM, poſtea Conuenas in libello dignitatum. Cuius vrbis populus à Ptolem. Latino Cucueni dicuntur aut Cuqueni; ſed à Strabone Conuenæ, quam vocem Latinam innuit dum eam vertit σύγκλυδας conuenientes. Sic porrò dicti non à Vaſconibus, vt vult Iſidorus, ſed à Vettonibus Areuacis, & Celtiberis hîc à Cn. Pompeio collocatis, vt vult S. Hiero. in Vigilant. *S. Bertrand de Comminge*, aut nudè *Comminge.*<br>Thermæ Oneſiæ præſtantiſſimæ, quarum aqua ad potum optima : *Bagneres en Bigorre.*<br>Turba, aliter Tarba ciuitas BIGERRONVM, ſeu Bigerriorum, ſeu Begerritanorum, *Tarbe en Bigorre.* In libello prouinciarum dicitur Turſambica.<br>Begorra Gregorio Turonenſi, Sidonio ager Bigerricus : *Bigorre.*<br>Calagorgis ciuitas CONSORANORVM, Plinio Conſuaranorum, Gregor. Turon. Sorranorum : *Conſerans*, aliter *S. Licar de Conſerans*, aliis *S. Leger.* |
| DATII *Dioceſe de Dax.* | TASTA Ptolemæi *Dax*, alij ſcribunt *Acqs.* |
| AVSCII *les Dioceſes d'Auſch, de Lectoure, & d'Aire.* | AVGVSTA AVSCIORVM, quibuſdam malè Climberris Pomponij vox corrupta pro Eluſaberris, de qua mox. Auſciorum terra laudatur à Strabone, iique iure Latij perfruebantur : *Auſch en Gaſcogne.*<br>Lactorium & Lectorium : aliter Lactoratium : *Lectoure.*<br>Eluſa, caput ELVSATIVM, malè Fluſtatium : qui in Comitatum Fuxenſem peiùs amandantur; Sidonio Heluſani nominantur : *Eauſe.*<br>Aturrus qui & vicus Iulius olim Sontiatum, caput SONTIATVM, de quo ſuprà : *Aire.* |
| BITVRIGES VIBISCI | BVRDIGALA Emporium Straboni ſitum in Palude marinâ Marua : quam oſtium Garumnæ efficit, hodie *la Gironde.* Vibiſci videntur à Plinio Liberi nun- |

ſeu Ioſci Strab. *le Dioceſe de Bordeaux.*

cupari, Strabo innuere videtur non eſſe de corpore Aquitanorum: hodie *Bordeaux.*

Nouiomagus, ſeu Niomagus Ptolemæo: hodie *Bourg*, vel vt alij *Soulac en Medoc.*

Curianum promontorium vulgò creditur: *le Cap de Buſch.*

Antros Inſula, quam pendere & attolli aquis credunt indigenæ, Mela, vbi & eius fabulæ rationem addit: *la Tour du Cordan.*

VASATES *Dioceſe de Bazas.*

Coſsio, & Vaſates populis nēpe cognominis, quos Auſonius Vaſſates, Ammianus Vaſatas, Ptolemæus Vaſarios vocat: *Bazas.*

NITIOBRIGES *l'Agenois.*

Aginum, ſeu Aginnum; & Agennum eſt *Aâgen*, quod alij voluerunt eſſe *Lectoure*, aut *Montpellier* ineptiſſimè: Dicitur & Garitum caput ab Ortelio imperitè.

CADVRCI Frontino Caduci *le Quercy.*

Deveona & Diolindvm. Ita dictum ab Olindo, ſeu Oldo Fl. cui inſidet, *Cahors en Quercy*. Ad hanc Deuona Fōs, de quo Auſonius. Deuona Celtarum lingua Fons addite diuis. Vinetus tamen negat Deueonam eſſe *Cahors*, ſed potiùs pagum vicinum *Doune.*

Vxellodunum Cæſaris, de quo tanta controuerſia, nunc *le puech d'Vxellon ou d'Iſſoudun*, prope *Cadenac*, vt diximus in diuiſione Cæſaris.

HELEVTERI Liberi, *le Dioceſe d'Alby ou l'Albigeois.*

Albiga creditur eſſe *Alby*, Heleuterorum caput, quos aliqui confundunt cum Heluiis malè: Heleuteri enim Cadurcis à Cæſare nectuntur. Itaque non malè hæc Regio à quibuſdam contribuitur Ruthenis ſequentibus.

RVTHENI *Rouergue.*

Segodvnvm, Rutana Gregorio Turonenſi *Rhodez*, caput Ruthenorum ſeu Ruthanorum, apud quos nobiles argenti Fodinæ Straboni, qui eos Narbonenſi attribuit.

GABALI, *le Geuaudan.*

Anderidvm, Gabalorum, ſeu Gabalum caput, *Mande en Geuaudan*, ineptè *Lodeſue.*

| | |
|---|---|
| VELAVNI, *le Vellay.* | Reveſio poſterioribus temporibus Anicium & Podium: *le Puy en Vellay*. Populos Vellaunios vocat Ptol. Strabo Vellæos. |
| ARVERNI, Liberi Plinio, *l'Auuergne, & le Bourbonnois.* | Gergobia Cæſaris, Auguſtonemetum Ptolemæi, Nemoſus Strabonis, vbi Caſaubonus Νέμεστος legere mauult: *Clermont en Auuergne*, alij malunt eſſe *Gergoie*, in monte vicino. Hunc populum Ptolemæus vltra Ligerim extendit, quia adeò potens fuit vt ditionem ſuam Narbonē vſque, Maſſiliam & Rhenum extenderet. Inde oriundi Luterius & Bituitus viri fortiſſimi & ditiſſimi, de quibus Strabo. Aruernorum quoque pars erant Boij *le Bourbonnois*, quorum vrbs Gergobina à quibuſdam dicitur, & vocari nunc *Molins* indigenæ credunt. |
| BITVRIGES-CVBI, *le Berry.* | Avaricvm *Bourges en Berry*, vnde Fluuius cui inſidet Auarus dicitur *Auron*. Fruſtra ergo torquent aliquos verba hæc Cæſaris in finibus Biturigum, & malè recurrunt ad *Vierzon*, ſeu *Viarons*. Apud Biturigas ferri nobiles Fodinæ, & Ligeri fluuio ab Æduis ſeparabantur. |
| LEMOVICI, vel LEMOVICES, *le Limoſin.* | Ratiastrvm, Lemouicorum caput hodie multorum iudicio *Limoges*, quod aliqui Auguſtoritum dictum poſtea volunt.<br>Auguſtoritum quibuſdam videtur *Angouleſme*, ab aliis Pictonibus Inculiſmenſis ager accenſetur, & Pictones duas vrbes continere putant, Limonum & Auguſtoritum; alij negant, & Auguſtoritum faciunt caput Agesinatvm, ſic enim vocant *l'Angoumois*. |
| PETROCORII, *le Perigord.* | Vesvna: *Perigueux*, certiſſimè vt conſtat ex inſcriptione in hâc vrbe repertâ. Incolæ Petrocorij dicti, Plinio Petrogori, ſeu Petragori vt Scaliger legit, apud quos ferri optima metalla. |
| SAN- | Mediolanivm Santonum: *Xaintes*, vnde dictum Mediolanum Inſubrum quidam putant, & id penè certum Caſaubonus aſſerit. Santones liberi nominan- |

TONES, — nantur à Plinio, malè à quibuſdam Vbiſci, an Seſignani Vbiſci? Straboni ad Garumnam extenduntur, verſus Septentrionem Pictonibus contermini ſunt.

*la Xaintonge.*

Santonum Portus, omnium iudicio *la Rochelle.*

Canentelus Fluuius: *la Charente.*

Santonum Promontorium: *la pointe de la Tremblade.*

Vliarus inſula in ſinu Aquitanico, aliter Vlarus Plinio: *l'Iſle d'Oleron.*

PICTONES, Græcè Ptolemęo Πήκτωνες, Ammiano Marc. Pictaui, *le Poictou.*

LIMONVM omnium iudicio *Poictiers.* quod enim aliqui hoc cum Auguſtorito confundunt non ſunt audiendi.

Pictonum Promontorium, quibuſdam *Talmond.*

Sicor Portus Ptolemæo intra Pictonum Prom. & Ligeris oſtia, quibuſdam, *les Sables d'Olone*, aliis *Pornik*; nihil hîc certi.

Hîc tantùm 12. populi reperiuntur: cùm tamen dicat Strabo XIV. populos ex Celticâ decerptos Aquitaniæ contributos eſſe: fortè duo illi addendi ſunt BOII, *le Bourbonnois*, & AGESINATES, *l'Angoumois*, de quibus in Lemouicibus, & Aruernis egimus.

## CAPVT VI.

### *De Gallia Lugdunenſi.*

CELTICA olim Gallia ampliſſimis definiebatur terminis. Nam præter Lugdunenſem, & populos intra Ligerim & Garumnam Aquitaniæ attributos Maſſiliam vſque, atque Narbonem extendebatur, aut etiam Alpes vt vult Strabo, ſiue hoc nomine intelligatur procurſus montium ex Alpibus ſupra Maſſiliam, vt vult Caſaubonus, ſiue veræ Alpes. Hanc autem quam exhibemus Lugdunenſem Ligeri, Sequana, Matrona, Vogeſo præterpropter definiit Auguſtus. Dixi (præter propter) quoniam tres Fluuij prænominati tranſcenduntur, vt ex tabulâ liquet. Strabo tantùm inſolubilem difficultatem mouet, quoniam error ali-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quis dubio procul in eum irrepſit; ait enim ſub initium lib. IV. XIV. populos Auguſtum decerpſiſſe, & Aquitaniæ addidiſſe vt mox vidimus, ſed pergit τοὺς Κέλτας τῆς Ναρβωνίτιδος ἐπαρχίας ἀπέφηνεν, *Celtas Narbonenſi prouinciæ attribuit*, inquit Latinus Interpres: Reliquam autem in duas partes diſtribuiſſe, vnam Lugduno adiunxiſſe vſque ad ſuperiora Rheni, alteram Belgis: quæ qui diſſoluerit Magnus erit Apollo.

Huius tractus nominatiſſimi erant Ædui dicti Romanorum fratres, quorum cauſa Romani bellum in eas regiones intulerunt. Sub Iulio Cæſare initium ductum ab Heluetiis, mox itum ad Aremoricos populos, reliqui ſæpe rebellantes ſemper oppreſſi ſunt, & ſuis diuitiis à Cæſare raptis, exitium Romanæ libertati pepererunt, cum maioribus animis, quàm conſiliis depugnaſſent.

Porrò nomen accepit à Lugduno vbi erat Ara Auguſto ſacra, in qua populorum XL. nomina cum imaginibus deſcripta erant, qui communibus ſumptibus hîc templum Imperatori poſuerant.

SEGVSIANI SEV BEBVSIANI — *Lionnois, Beauielois, Foreſt, & la Breſſe.*

LVGDVNVM priùs Lugudunum poſtea Lugdunum ait Dio, quaſi collis Corui. alias vide rationes huius nominis apud Plutarchum de Flum. verior eſt iſta: ſic dictum eſſe quaſi Lucij vrbem à Lucio Munatio Planco vrbis conditore ſub Iulio Cæſare. In veteribus inſcript. qui nominari putant ciuitatem Sequanorum delirant. A Plutarcho & Liuio Inſula creditur: à Sidonio Rhodanuſia vocatur, in vita S. Lupi Araria: hodie *Lion*.

Forum Seguſianorum: hodie *Feurs*, aliis *Sainct Eſtienne de Furan*, peſſimè *Bourgen Breſſe*.

Rodumna in Soguſianis Ptolemæo: *Roanne*.

HELVETII *les Suiſſes*
RAVRACI *l'Eueſché de Baſle*
— De quibus agetur in Germania.

SEQVANI

VISONTIO, ſeu Viſontium, dicta poſtea Chryſopolis, & fortè ciuitas Criſpolinorum, & Biſontio, & Bicentio; *Beſançon* caput Sequanorum, qui aliàs diuiſi erant in Ciſiuranos, & Tranſiuranos; nempe aliàs Sequani dicti ſunt Heluetij, & Heluetij Sequani teſte Eutropio. Erant hi inimici Æ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

duorum ob Ararim qui vtrumque populum diſterminat.

*la Franche Comté.*

Portus Abucini vel Abucina: *le port de la Loüue*, ſeu Portus Buxini, vt legitur in vita S. Valerij huius loci patroni.

Iura Mons, aliter Iuraſſus, hodie *le Mont Iura, ou le Mont S. Claude*, cui etiam alia nomina conceduntur variis in locis quos attingit.

Arar Fl. ſeu Araris, poſtea teſte Marcellino lib. 15. Sauconna: *la Saône.*

LINGONES *Dioceſe de Langres.* — Andomatvnvm, poſtea Lingonica Greg. Turonenſi: *Langres*, incolæ dicti Longones Ptolemæo.

VADICASSES, ſeu VADICASSII pars olim Æduorum: *le Niuernois.* — Nouiodunum Æduorũ, Niuernium, Gregor. Turon. *Neuers.*

ÆDVI fratres Po. Ro. appellati, qui primi Ro. Po. ſocietatem & amicitiam complexi ſunt: hodie, *le Duché de Bourgongne.*

Avgvstodvnvm Æduorum Tacito, dicta & Flauia Æduorum, vt Panegyricus, & Liuia Æduorum, vt Antoninus, qui hîc legionem 22. collocat, poſtea & Celtica Roma: *Autun.* Probabilius eſt antea dictam eſſe Bibracte, cuius meminit Cæſar, vocátque maximum & copioſiſſimum oppidum Æduorum, quod tamen Bibracte aliqui volunt dici hodie *Beaulne.*

Cabillonum Cæſaris, Caballinum Ptolemæi, olim Orbandale dicta teſte Petro Santo-Iuliano, vbi legionem 14. Anto. locat, *Châlons ſur Saône.*

Matiſcona Cæſaris, & Matiſſana. Anto. caſtrum Matiſconenſe vbi leg. XIV. apud Paul. Diacon. Machaonenſis villa fortè: *Maſcon.*

Alexia Mandvbiorvm Cæſari, ſeu Aleſia ita dicta ab Hercule ἀπὸ τῆς Ἄλης ab erroribus ſuis: Diodoro & Dioni Saleſia, in monte Locata, quod & ait Cæſar: hodie vicus *Aliſe en Auxois.*

SENONES — Agendicvm neque *Prouins*, neque *Milly*, ſed ipſa Metropolis: *Sens.*

Antiſſiodorus, & Antiſſiodorum vbi legio 22. An-

| | |
|---|---|
| Cui cognomines Italici, Romanorum terror, *les Dioceſes de Sens & d'Auxerre.* | tonino, quam Paradinus putat eſſe eandem cum Vellaunoduno Cæſaris & Autrico Ptolemæi. Neutrum verum eſt, quia vbi legitur in vita S. Germani Autricum & Antiſſiodorum eſſe, legendum Antricum; quia mons vrbi imminens Antricus dicitur, & celebratur Annacharius Antricæ vrbis Epiſcopus. Ammianus hanc, Autoſidunum vocat: hodie *Auxerre.*<br>Vellaunodunum multorum iudicio vbi poſtea *Chaſteau-Landon.*<br>Melodunum *Melun.* Idem cum Meteglo, & Metioſedo, quæ voces corruptæ. |
| TRECASSES Plinij *Dioceſe de Troyes* | AVGVSTOMANA Ptolemæi, Auguſtobona Anton. & Tricaſſium; poſtea Treeæ Sigeberto & Greg. Tur. & Trecaſſa Bedæ. Populi Tricaſſij Ptolemæo dicuntur, & Tricaſſini in inſcriptionibus, vrbs ipſa *Troyes.* |
| MELDÆ *Dioceſe de Meaux.* | IATINVM: *Meaux*, quod aliqui putant Meteglum dictum, ſed hoc idem mihi videtur cum Meloduno, de quo ſuprà: incolæ Plinio Meldi. |
| PARISII *le Dioceſe de Paris.* | LVCOTESIA Pariſiorum Ptolemæi, vbi & mendosè vrbs dicitur Παρίσιον, Leucetia Iuliano, quam Charam vocat, in Inſula poſitam, ſed tantùm πολίχνην oppidum, de quâ legantur multa in Miſopogone eiuſdem Iuliani. |
| CARNVTES, ſeu Carnuti Fœderati, *les Dioceſes de Chartres, & d'Orleans.* | AVTRICVM, poſtea Carnotum & Carnutum Zoſimi: *Chartres.*<br>Gennabum, ſeu Genabum ad Ligerim, Carnutum Emporium ferè ad mediũ fluminis cõditum: vel *Orleans*, quod veriſimilius, vel *Gien*, quod auctoribus non caret. Eius poſtea populus decerptus à Carnutibus, fecit Aurelianos, ſeu Aurilianos. |
| VELOCASSES *Dioceſe de Roüen, ex-* | RATOMAGVS & Rotomagus, ſine aſpiratione Antonini, Ritumagus inter Iuliobonam & Lutetiam. Velocaſſium nomen quidam hærere putant in vtroque Vexino, ſeu Vulxino: *le Vexin* |

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

| | |
|---|---|
| *cepté le pays de Caux.* | *François & Normand.* Briua Iſaræ, corruptè Briuiſura: *Pontoiſe.* |
| CALETES *le pays de Caux.* | IVLIOBONA, quam ait Sigebertus à Cæſare conditam deſtructa vrbe Caleta, hanc Sanſonius Luliobonam dictam eſſe contendit; hodie dubio procul, *l'Iſle bonne*: itaque neque *Honfleur*, neque *le Haure de Grace*, neque *Dieppe*, quod Cluuerius credidit. Caletes Cæſari ſunt Belgicæ populi. Ab iis Strabo ait eſſe curſum diurno breuiorem in Britanniam. Sequanæ oſtium: *la Bouche de Seine*, quem Fl. Stephanus putat eſſe Μασσαλιωτῶν; Ammianus Marcel. lib. 15. ad Conſtantia Caſtra in mare effundi putat. |
| LEXOVII, *le Dioceſe de Liſieux.* | NOVIOMAGVS, ſeu Neomagus Ptolemæi, quæ perperam ad mare collocatur, hodie *Liſieux*, populus Lexobij, ſeu Lexouij quos Olina: *Orne* Fl. apud eundem Ptol. ſeparat à Venellis, falsò. |
| AVLERCI. EBVROVICES *Dioceſe d'Eureux.* | MEDIOLANIVM Eburouicûm, ſeu Eburaïcorum, ineptè apud Ptol. affixum Ligeri fluuio, *Eureux*: ineptiùs quidam volunt eſſe *Mehun.* ſicut populos Eburouices eſſe Aurelianenſes. |
| AVLERCI. CENOMANI *Dioceſe du Mans.* | VINDVNVM, aliter Subdinum, omnium iudicio eſt, *le Mans*: cuius veſtigia quidam putant agnoſcere in fluuio, qui hîc Sartæ coniungitur, *Huine.* |
| AVLERCI. DIABLINTES *le Perche.* | NOVIDVNVM Diablintum, vel Diablintrum, aut Diabolindorum, ex Itinerariis Tabulis: *Nogent le Rotrou*, cui opinioni fauere videtur, quod in vitâ S. Domnoli Epiſcopi Cenomanorum fit mentio villæ Tridentinæ ſitæ in cõditâ Diablinticâ. Alij volunt eſſe *Dol* in Britanniâ, quod probant indigenæ ex terris quæ adhuc vocantur *Diableres*, & familiâ quæ dicitur *les Diables.* |

| | |
|---|---|
| SESSVI<br>*le Dioceſe de Sées.* | VAGORITVM Ptolemæo Aruuiorum, vbi error pro Seſſuuiorum, aut Eſſuorum, Plinio vocati videntur Iteſui aut Eſſui. Hodie veſtigium reſtat in oppido *Séez*. Ineptiſſimè Thuanus oppidum Eſſuorum transfert ad vrbeculam *Eu*, verſus Picardiam. |
| BIDVCASSES<br>*Dioceſe de Baieux.* | IVLIOBONA Biduceſiorum Ptolemæo fortè pro Biducaſſium, aut Vidugaſſium Plinij: *Baieux*. |
| VNELLI ſeu VENELI<br>*le Dioceſe de Coutance.* | COSEDIÆ Antonino: eædem cum vrbe quam Ammianus vocat Conſtantina caſtra, quam Moritonium quoque dictam eſſe contendit Camdenus: *Coutance*.<br>Crociatonum caput Vnellorum, ſeu Venelorum, quos plerique exterorum Geographorum vertunt, *les Percherons*, perperam; hodie vrbs illa videtur dici *Quarantan*, nomine non abludente. |
| ABRINCATVI<br>*Dioceſe d'Auranches.* | INGENA vrbs Abrincatuorum quam Legediam quoque dictam quidam volunt. Peſſimè à Ptolemæo affigitur Sequanæ: *Auranches*. |
| INSVLÆ inter Britanniam & Galliam. | Cæſarea *Iarſey*.<br>Sarnia *Garneſay*.<br>Riduna *Aldernay*.<br>Arica *l'Iſle de Sark*. |
| RHEDONES<br>*Eueſchez de Rennes, S. Malo, Dol, & S. Brieux.* | CONDATE Rhedonum omnium penè iudicio; *Rennes en Bretagne*; licèt aliqui inclinent in Abbatiam *Rhedon*, ob nominis affinitatem.<br>Alethum, ſeu Aletium vrbs deſtructa, cuius veſtigia hærent in ſinu Maclouienſi: *Quay d'Aleth*. |
| OSISMII | VORGANIVM caput Oſiſmiorum qui aliter Oſiſini dicuntur apud Cæſarem: Strabo Siſmios vocat, Pytheas apud eundem Timios. Vrbs quibuſdam videtur hodie dici *Triguier*: indigenæ tamen ru- |

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dera eius oſtendunt in loco quem vocant *Coſque-oudet.*

*les Eueſchez de S. Pol de Leon, & Triguier.*

Staliocanus Portus, creditur hodie eſſe *S. Pol de Leon*, aut viculus non procul diſtans. Gobæum Promontorium in mare ſupra modum excurrens ſi Pytheæ fides hodie *le Conqueſt*; alij malunt *S. Mahé*; alij *le Fou.*

Vxantos Inſula, hodie *Oiſent.*

Briuates, aliter Geſocribate Anto. Portus peſſimæ apud Ptolemæum poſitionis: hodie *Breſt*; aliis *Blauet*, quæ opinio meliùs Ptolemaicæ opinioni concinit

CVRIOSOLITÆ, *l'Eueſché de Cornoaille, ou de Kimper.*

CVRIOSOLITÆ, cum populis vrbs cognominis, quos Plinius Carios-Velites appellat: *Kimper-Corantin.*

Vindana Portus; fortè eadem cum eâ quæ poſtea Blabia: *Blauet.*

Sena Inſula: *l'Iſle du Sain.*

VENETI *l'Eueſché de Vannes.*

DARIORIGVM Venetorum vrbs, quæ à Cæſare videtur dici Venetia, quam tamen aliqui pro regione ſumunt: *Vannes.* De his Venetis legantur Cæſar & Strabo. Hos Strabo inter Belgas collocat, & ait eos impedire voluiſſe tranſitum Cæſaris in Britanniam.

Venetorum Inſulæ, ſeu Veneticæ: *Belle-Iſle.*

NAMNETÆ, corruptè Samnitæ, & Amnitæ, *le Comté Nantois, ou l'Eueſché de Nantes.*

CONDIVINCVM, fortè Corbilo Strabonis quem vocat emporium ad Ligerim, & fuiſſe vnam ait ex celeberrimis Galliæ vrbibus; *Nantes.* Incolæ Namnetæ dicti quos ad Sequanam Ptolemæus ablegat, & Samnitas ſupra Ligerim collocat, quorum facit vrbem Briuatem portum, manifeſtâ confuſione.

Namnetum, ſeu Namnitum Inſulæ, Dionyſio Neſiades, & Amnitarum domicilia pro Namnitarũ, de quibus & mulierum quarũdam moribus legatur Strab. hodie *Bouin, Noirmouſtier & l'Iſle Dieu.*

Duorum Coruorum lacus, hodie meo iudicio *le Lac de Grãdlieu*, de quo legatur Strab. ex Artemidoro.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ANDEGAVI *l'Aniou.* — IVLIOMAGVS caput Andegauorum Plinij, quos Tacitus Andecauos, Ptolemæus Ondicæonas, Cæſar Andes nominat; poſtea vrbs Andegauenſis Paulo Diacono: *Angers.*

TVRONES *la Touraine.* — CÆSARODVNVM caput Turonum quos Turupios Ptolemæus, Turinos Ammianus vocat, vrbs poſtea dicta Turonica, & Martinopolis: *Tours.*

## CAPVT VII.

### *De Gallia Belgica.*

VNDE dicta ſit Belgica ne ipſi quidem Belgæ ſatis norunt; alij enim à voce *Belgen*, ſeu *Velgen*, quæ peregrinum ſonat; alij à *Balgem* quod iraſci: Iſidorus & Heſychius ab vrbe *Belgis*, quibus Annales Belgici ſubſcribunt; ſed vbi Gentium vrbs illa fuerit mox quæretur. Suſpicatur Ortelius ita vocatam eſſe à Belgio quodam Duce cuius Iuſtinus meminit, & quem Bolgium Pauſanias nuncupat.

Extendebantur olim latiſſimè Belgæ ſi Straboni fides; nempe à Rheno ad Ligeris oſtia, & Venetos Belgis accenſeri dicat, cùm tamen Belgicæ populos xv. dicat eſſe; Cæſar 31. videtur numerare. Erant omnium Gallorum fortiſſimi ex Germanis oriundi, libertatis ſupra modum amantes; de eorum legatur moribus *Cæſar*, legatur & *Strabo*, ex quibus aliqua diximus in moribus Gallorum. Regio adeò frigida erat, vt ſæpe flumina totis exercitibus peruia eſſent. Indigenæ agros ſuos Cretâ oblimabant. Celebrantur Couini, ſeu currus Belgici, itémque canes generoſiſſimi, Anſeres Morinorum pedibus Romam vſque deducti, & Menapiorum petaſones. Quàm populoſa fuerit Belgica probat quod ait Strabo cenſa hîc fuiſſe CCC. armatorum millia, quibus Cæſar addit 47. millia. Quomodo autem hi populi deuicti ſint à Cæſare legatur in eius Commentariis, vbi multa de Bellouacis, Morinis, Eburonibus, Treuiris, Rhemis &c. legere poteris, quorum pleroſque Cæſar magnis cladibus affecit, & ſemel ad Fluuium tanta eos ſtrage cecidit, vt ex eorum cadaueribus fluuium ponte iungeret, vt ait Appianus in Celticis.

Hîc tamen eſt obſeruandum non eſſe confundendam Belgicam cum

cum Belgio Cæſaris, & hoc, illius eſſe partem. De Belgio autem reperio quinque diſcrepantes opiniones.

*Prima* eſt Belgium eſſe vrbem : ſed quæ illa ſit non conueniunt huius ſententiæ auctores, alij enim *Beauuais* in Bellouacis aſſignant, alij *Bauay* in Neruiis, alij *VVuelſick* in Morinis.

*Secunda*, Belgium cum Gallia Belgica confundit, abſurda prorſus.

*Tertia*, pro inferiori parte Belgicæ Belgium ſumit.

*Quarta*, Cluuerij pro ſolâ Bellouacorum gente.

*Quinta* denique mei popularis D. Sanſon, cui libenter ſubſcribo. Innititur autem locis aliquot Cæſaris. Primus lib. v. habetur: *Ob inopiam frumenti Cæſar coactus eſt legiones ſuas in plures ciuitates diſtribuere, ex quibus vnam in Morinos, &c. alteram in Neruios: tertiam in Eſſuos: quartam in Rhemos, tres in Belgio collocauit quibus dedit M. Craſſum Quæſtorem, & L. Munacium Plancum, & Caium Trebonium legatos.* Ex quo colligit remouendos eſſe ex Belgio Morinos, Neruios, & Rhemos. At paulò pòſt M. Craſſus euocatur ex Bellouacis, ergo Bellouaci in Belgio. Item lib. 8. Cæſar ad legiones in Belgium ſe recepit, hyemauitque Nemetocennæ; ſed hæc in Atrebatibus, ergo iam duos habemus populos. At Ambiani interiecti ſunt Bellouacis & Atrebatibus; igitur quia Belgium eſt vna Regio Ambianos quoque complecti debet; maximè cùm Belgium debeat attingere mare, vbi legiones in Belgio relictæ naues parauerunt, at tãtùm per Ambianos mare attingitur. Item lib. 5. in morte Taſgetij iubet Cæſar L. Plancum celeriter ex Belgio tranſire in Carnutas; at ille non erat in Bellouacis, quia ibi M. Craſſus, non in Ambianis, quia ibi Cæſar. Non in Atrebatibus quia longiùs diſſident, igitur in Syluanectis qui olim Bellouacis attribuebantur, ex quibus in Carnutes breuis via. De Veromanduis infirmior ratio Sanſonis, quòd à Cæſare in rebellionem cum Atrebatibus connectantur; illa probabilior, quòd ex priori Cæſaris loco videatur Belgium, Morinis, Neruiis, & Rhemis coronari, quo circulo includuntur Veromandui.

| | |
|---|---|
| BEL-<br>LO- | CÆSAROMAGVS, hodie omnium iudicio *Beauuais*, vtrum autem confundi debeat cum Bratuſpantio Cæſaris alij aiunt, alij negant: illi putant fuiſſe antiquum nomen antequam ex Imperatoribus deſume- |

| | |
|---|---|
| VACI *le Beauuoiſis, & le Dioceſe de Senlis.* | retur. Hi verò vrbem diuerſam faciunt, ſed de ſitu in varia diſtracti ſunt, alij enim volunt eſſe *Gratepance*, alij *Grantviller*, alij *Clermont en Beauuoiſis*, alij *Beaumont ſur Oiſe*. Bellouaci porrò dicuntur à Strabone Belgarum ἄριστοι, à Cæſare belli gloria Gallos omnes, Belgáſque præſtantes.<br>SYLVANECTÆ dicti & Syluanectes & Syluanecti, quorum vrbs Auguſtomagus *Senlis*. Subanectos Ptolemæus vocat, & eorum vrbem malè Rotomagum aſſignat. |
| ATREBATII *l'Artois.* | NEMETOCENNA, ſeu Nemetocerna, poſtea Nemetacum & Nimetacum Antonino: *Arras*. Ortelius vult eſſe *Lens*, alij *Namur*, perperam.<br>Origiacum Ptolemæo caput Atrebatiorum, hodie *Orchies*, voce non abludente. |
| AMBIANI *l'Eueſché d'Amiens.* | SAMAROBRIVA, Ciceroni Samarobrina, aliis Samarobriga, hoc eſt pons Samaræ, ſic enim dicitur Fluuius qui Ptolemæo eſt Phrudis in Notitia Imperij Sambrica *la Somme*. Vrbs ipſa hodie eſt *Amiens*.<br>Cantouicus: *Cantuik* prope *Vvaben*, cuius ruinæ tantùm oſtenduntur ad mare.<br>Ad Lullia: *Argoulles*, credunt indigenæ.<br>Caracotinum corruptè Grauinum in Tabula Peutingeriana *le Crotoy*: in Notitia Imperij Quartenſis locus, cui oppoſitus in alio littore fluminis, Hortenſis, ſeu Hordenſis locus, hodie *le Hourdel*.<br>Britannia. ſubſcripſeram aliàs opinioni popularis mei de Abbauillâ, ſed re diligentiùs excuſſâ cõmentum puto. Quod enim Britannia ſit vrbs apud Strabonem, vt ſupponit, nemo dixerit qui auctorem illum Græcè legerit. Quo ſubruto fundamento vox Plinij, Britanni, parùm, aut nihil iuuat; ſiquidem dictionem hanc alij aliter legunt, Briani, Bimani, &c. Itaque non malè videntur conuenire regiunculæ quæ dicitur *le Vimeu*. |
| VEROMAN- | AVGVSTA VEROMANDVORVM; difficultas de duobus locis an ſit vrbs *S. Quentin*, an *Vermand* Abbatia. Sigebertus ait corpus S. Quintini eductum eſſe ex Som- |




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**DVI**

*le Vermandois.*

monâ, & collocatum fuiſſe in editiore loco Auguſtæ Veromanduæ. Sed Auctor vitæ eius ſancti, qui etiam adfuit Euſebiæ matronæ dum corpus ſanctum ſepeliret, ait collocatum fuiſſe in nudo colle v. millibus ab vrbe diſtanti, & dum cogitarent deferre in vrbem Auguſtam, piam ſarcinam ita deſediſſe vt nullis viribus moueri potuerit. Eſt itaque *Vermand*, vt etiam colligitur ex reliquiis viæ publicæ à Romanis ſtratæ.

**MORINI**

*le Boulenois, pays Reconquis, & la Flandre Teutonique.*

TERVANNA caput Morinorum Ptolemæo nemine reclamante eſt *Teroenne* deſtructa.

Geſſoriacum Morinorum Nauale, aliter Giſſorigia: malè à Ptolemæo locatur, vnde perperam aliqui volunt eſſe *Brugge*, aut *l'Eſcluſe*; meliùs *Boulongne ſur la Mer*, vt regio circumpoſita, Geſſoriacus pagus: *le Boulonois*.

Itius Portus, vnde breuiſſimus in Britanniam traiectus Cæſari, magnam litem concitauit. Quidam cum Geſſoriaco confundunt, & credunt eſſe *Boulogne*, quibus obſiſtit Ptolemæus. Alij putant eſſe *Mardik*. Ortelius probare nititur eſſe *S. Omer*, quia antè locus ille dicebatur *Sittu*, quaſi Sinus Itius. Communior opinio inclinat in *Calais*. Indigenæ putant eſſe locum Caliſio vicinum quem Angli vocant *Vvitſant*, Flandri *Iſten*, Picardi *Viſſen*; nautæ vulgò nomine parum mutato *Eſſeu*.

Hîc vulgò Oromanſaci populi collocantur: & continere creduntur *le pays Reconquis*.

Helena: *le vieil Heſdin*.

**NERVII**

*le Hainault, Cambreſis, & la Flan-*

BAGACVM, ſeu Baganum, corruptè Baiatum apud Antoninum *Bauay en Hainault*, alij volunt eſſe *Tournay*. Porro Neruij origine ſe Germanos appellabant, & latiſſimè patebant, ſi Straboni fides; apud quem Treuiris connectuntur.

Valentinianæ: *Valenciennes*.

Pons Scaldis: *Condé*.

Cameracum: *Cambray*.

SVECONI ſub ditione { vbi erant olim CENTRONES, GRVDII, LEVACI, PLEMO- { vrbs Tornacum,

*dre Frã-çoiſe.* | Neruiorum *les enuirons de Tournay.* | si, Gordvni, de quorum ſitu non eſt facile ſtatuere. | ſeu Turnacum: *Tournay.*

MENAPII *parties de Flandre, Brabant, Gueldre, Cleues, Iuliers & quelque peu du Colonois.*

- Castellvm Menapiorvm, Æthico Menapum hodie *Keſſel*, non *Horne*, vt quidam ſuſpicantur. Poſterioribus temporibus conditum eſt hoc oppidum; nam ſub Iulio Cæſare Menapij vrbibus carebant. Fines eorum impediti erant ſyluis & paludibus inuij, atque extendebantur ad Rhenum.
- Gvgerni in Menapiorum agros ab Auguſto traducti ſunt ex parte trãs-Rhenanâ, antea dicebantur Sicambri, & eorum vrbes fuêre
  - Vetera: *Santen.*
  - Colonia Vlpia Traiana: *Kellen.*
  - Aſciburgium: *Asburg vicus.*

TOXANDRI, ſeu TAXANDRI *la Zelande.*

- Helium Caſtellum: *Briel* in Inſulâ *Voorn.*
- Medioburgium poſteriùs conditum, dictúmque Mattiacum vt quidam volunt: *Middebourg.* Certè olim nullæ vrbes in his Inſulis ad Scaldis, ſeu Tabudæ oſtium *l'Eſcault*, ſeu *Lécault*: Harum conglobationem Ammian. Marcellinus vocat Taxandriam.

BATAVI *partie de Hollande & de Gueldre.*

- Batavodvrvm, ſeu oppidum Batauorum in Inſula Batauiâ degentium ait Dio: *Battenbourg.* Porrò Batataui origine Germani erant, optimi equites.
- Lugdunum Batauorum, ſeu Lugodinum Ptolemæo: *Leyden.*
- Nouiomagus: *Nimegue.*
- Arenacum Taciti: *Arnhem.*
- OSTIA RHENI olim duo, vnde
  - Vahalis Fl. Ptolemæo oſtium Rheni Occidentale, (quo Marcianus Heracleota Galliam terminat) communi oſtio cum Moſa cadens in mare: *le Vahal*, aut *le Vahel.*
  - Alueus Civilis, hoc eſt in quem Ciuilis infudit Rhenum: *le Lech.*
  - Rhenvs Ptolemæo medium Rheni oſtium quo Bataui clauduntur, pleriſque Galliæ limes nomen retinet: *le Rhin.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fl. dictus Bicornis, poſtea tria præcipua.
- Foſſa Corbulonis : *de Fliet.*
- Salæ, ſeu Isallæ oſtium, Plinio Fleuum, Ptolemæo oſtium Rheni Orientale quo Galliam à Germania diſpeſcit. Factum eſt à Druſo cùm in fluuium Salam infudit Rhenum, vnde hic fluuius dictus eſt Naualia, ſeu Nabalia quaſi poſterior Vahalis, hodie *l'Iſſelle*, aut *l'Iſſel*.

TVNGRI ſeu GERMANI *le Liege, le Colonois, Iulliers, Limbourg, Namur, partie du Luxembourg.*

Tvngri dicti ſunt quaſi Theutiſci, à Gallis Germani à voce *Gerra* bellum, & *Man Vir*, quaſi viri militares. Tempore Cæſaris hîc viuebant Condrvsi ad Rhenum, eis coniuncti Segni. Ad Occidentem Cæresi & Pæmani : inter Segnos & Moſam Ebvrones. Ibidem poſtea collocati ſequentes populi. — Vrbs vnica celebratur Atvatvca, meliùs Vatuca, hodie *Tongeren.*

VBII *le Colonois, & partie de Iulliers.*
- Agrippina Col. antea Vbiorum oppidum, quæ gens tempore Auguſti cis Rhenum tranſiit : *Cologne*, Germanicè *Coln.*
- Ara Vbiorum, poſtea Bonna & Col. Iulia Bonna : *Bonne.*
- Noueſium Tacito, Noueſiæ & Nouenſio Antonino, Niueſium Marcellino : *Nuys.*
- Gelduba, nomen retinet in vico *Geldub.*

SVNICI *Limbourg, & partie de Iulliers.* — Trans Rhenum dicti Catthi, ſub Auguſto cis Rhenũ habitare iuſſi ſunt.
- Theuderiũ Pt. Theudunum Ant. *Tudder.*
- Coriouallum, ſeu Corioualliũ: *Valgẽbourg.*

ADVATICI *Comté de Namur, & partie de Brabant.* — Sic à Iulio Cæſare dicuntur, à Tacito Bethasii.
- Geminiacum : *Gemblours.*
- Peruiciacum : *Peruuis.*

TREVIRI
- Avgvsta Trevirorvm, ſeu Treuerorum, & Triuirorum opulentiſſima Belgicæ Pomponio, Maxima tranſalpinarum Zoſimo, Imperatorum hibernis, & ſede clara : *Treues*, Germanicè *Trier.* Treuiri Cæſaris

*le pays de Treues au deçà du Rhin, & partie du Luxembourg.*

tempore plurimum inter Gallos valebant equitatu, & originem Germanorum affectabant, ait Tacitus. In Notitiâ Triberi nominantur.

Confluentes, ſcilicet Rheni & Moſellæ quem Ptolemæus vocat Obrincum: *Coblens*. Supra hunc locum ſitus erat Ambiatinus vicus, Caligulæ natalibus celebris.

Bingium corruptè Vincum: *Bing*, vbi Fluuius Naua *le Nahe* cadit in Rhenum.

VANGIONES *parties des terres de Maience, & du Palatinat*

Borbetomagvs, ſeu Borgetomagus Vangionum caput qui vnà cum Triboccis atque Nemetibus ex Trans-Rhenanis partibus acceſſerunt, ante Iulij Cæſaris aduentum: Marcellino vrbs ipſa dicitur Vangiones: *Vormes*.

Moguntiacum, ſeu Maguntiacum, ita dictum à Mogono Fl. ſeu Magano *le Mæin*, vbi Druſus Rhenum ponte iunxit: *Maience*, Germanicè *Mæn*.

NEMETES *l'Eueſché de Spire.*

Noeomagvs Ptolemæi, Nouiomagus Antonini, Nemetes Marcellini; *Spire*, Germanicè *Spier*. Cracutios autem Marcellini eoſdem eſſe cum Nemetibus probat Cluuerius.

TRIBOCCI ſeu Triboci, & Treboci *l'Eueſché de Strasbourg.*

Argentoratvm, ad quod Cæſar grandi clade Germanos concidit, vbi poſtea legio VIII. Malè à Ptolemæo vrbs Vangionum dicitur, vt & totus ille tractus planè deformatus eſt: *Strasbourg*.

Hellelus, ſiue Heluelus, Ptolemæo corruptè Elcebus: *Elle*, ad Fluuium Ellum *Ill*, ex quo Elſatia dicta.

Breucomagus, ſeu Brocomagus: *Brumt*, aliter *Brumat*.

Rufiana, ſeu Rufiniana Ptolemæo: *Ruffac*.

Argentouaria Ptolemæi: *Colmar*, vt vulgò putatur, aiunt tamen indigenæ vicum *Horburg*, prope *Colmar*.

MEDIOMATRICES, *le pays Meſſin, la*

Divodvrvm Ptolem. Diuiodurum Anto. omnium iudicio *Metz*, vnus Pircaïmerus imperitè vertit *Thionuille*. Fuit autem caput Mediomatricum qui olim latiſſimè fuſi erant, & ad Rhe-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

| | |
|---|---|
| *pluſpart de Lorraine, & quelque peu du Luxembourg.* | num vſque protendebantur, quare in eorum agro putantur conſediſſe Vangiones, Nemetes, & Tribocci populi trans-Rhenani.<br>Totonis-villa Pauli Diaconi, Rheginoni villa Theodonis: *Thionuille.* |
| LEVCI<br>*les Eueſchez de Toul, & Verdun, & partie de Lorraine:* | TVLLVM Ptolemæi, in Itinerario ciuitas Leucorum: *Toul en Lorraine.*<br>Naſium, malè pleriſque *Nancy*, ad Murtam caput Lotaringiæ, ſed potiùs pagus *Nas*, in tractu Barroducano, vt ex inſcriptione conſtat hîc repertâ, cuius meminit Ortelius.<br>VERODVNI Leucis accenſebantur olim, & poſteriùs ab iis diſcreti, vrbs cognominis ad Moſam Virodunum: *Verdun.* |
| RHEMI<br>*les Dioceſes de Rheims, de Châlons, & de Laon.* | DVROCORTORVM Ptolemæo, Durocortum Cæſari, Duricortora Straboni, qui notat hanc vrbem populoſam eſſe, & præfectis Romanorum præbere hoſpitium: & verò inquit idem, Rhemi inter has Gentes erant nobiliſſimi. Hodie *Rheims.*<br>Bibrax Cæſaris, de quo tanta controuerſia; *Braiſne*, aliis *Beuuray en Rethelois.*<br>Duronum: *Doren en Tiraſche*, vicus.<br>Verbinum: *Veruins.*<br>Laudunum cognomento clauatum: *Laôn*, vbi poſtea fixus Epiſcopatus à S. Remigio, ex Rhemenſi diſtractus.<br>CATALAVNI *l'Eueſché de Châlons.* — Catalaunum, ſeu Durocatalani, ad quam vrbem deuictus Attila: *Châlons ſur Marne.* Victoriacum: *Vitry le Bruſlé.* |
| SVESSIONES *Dioceſe de Soiſſons, & quelque peu de celuy de Noyon.* | AVGVSTA SVESSIONVM, ſeu Veſſonum Ptolemæo, vbi legionem 25. figit Antoninus: *Soiſſons*, ad Axonam, *Aiſne.*<br>Nouiomagus: *Noion*, ad quam poſtea tranſlatus Epiſcopatus ex Auguſta Veromanduorum. |

CAP.

# CAPVT VIII.

## *Diuiſio Galliæ ex Notitiâ Imperij.*

QVo tempore ſcripta ſit & digeſta hæc Notitia non eſt facile ſtatuere : hoc vnum admittitur vulgò, nec ante Conſtantini Imperium, neque poſt Arcadij & Honorij tempora vulgatam eſſe. Eâ accuratius nihil inueniri poteſt; atque vtinam noſtri Principes, atque Summi Pontifices ſartam tectam ſeruaſſent, ſed additis Epiſcopatibus Eccleſiaſtica diuiſio nonnihil immutata eſt, ciuilis omnino abolita inductis Prouinciarum nominibus. Hanc tibi offerimus emendatiorem quàm hactenus prodiit, in ſeptemdecim Prouincias diuiſam, cùm antea in quatuordecim tantùm diſtincta eſſet; tum enim Lugdunenſis prima & quarta vnam efficiebant, vt ſecunda & tertia vnicam, quemadmodum Viennenſis prima cum tertia vnam exhibebant.

### §. 1. *Lugdunenſis.*

| | |
|---|---|
| PRIMA aliàs cum quarta coniuncta. CONSVLARIS | METROPOLIS CIVITAS LVGDVNENSIVM, *Dioceſe de Lion.* |
| | Ciuitas Æduorum, hoc eſt Auguſtodunum, *Dioceſe d'Autun.* |
| | Ciuitas Lingonum, *Dioceſe de Langres.* |
| | Caſtrum Matiſconenſe, *Dioceſe de Maſcon.* |
| | Caſtrum Caballionenſe, *D. de Châlons ſur Saône.* |

| | |
|---|---|
| SECVNDA aliàs iuncta cum tertia. PRÆSIDALIS | Metr. CIVIT. ROTOMAGENSIVM, *D. de Roüen.* |
| | Ciuitas Baiocaſſium, *Dioceſe de Baieux.* |
| | Ciuitas Abrincatuorum, *Dioceſe d'Auranches.* |
| | Ciuitas Ebroïcorum, *Dioceſe d'Eureux.* |
| | Ciuitas Sagiorum, ſeu Saiorum, *Dioceſe de Sées.* |
| | Ciuitas Lexouiorum, *Dioceſe de Liſieux.* |
| | Ciuitas Conſtantienſium, *Dioceſe de Coutance.* |

| | |
|---|---|
| TERTIA | Metrop. CIVIT. TVRONVM, *Dioceſe de Tours: la Touraine.* |
| | Ciuitas Cenomanorum, *Dioceſe du Mans.* |

| | |
|---|---|
| | Ciuitas Redonum, *Dioceſes de Rennes, S. Brieu, &* *S. Malo*, & fortè *Dol.* |
| | Ciuitas Nannetum, *Dioceſe de Nantes.* |
| | Ciuitas Andegauorum, *Dioceſe d'Angers: l'Aniou.* |
| aliàs iuncta cum Secunda. | Ciuitas Ciantium, hoc eſt Venetorum, *Dioceſe de Vannes.* |
| | Ciuitas Curoſopitorum, *Dioceſe de Cornoaille.* |
| PRÆSIDALIS | Ciuitas Oſiſmiorum, *Dioceſes de S. Pol de Leon, & de Triguier.* |
| | Ciuitas Diablintum, hoc eſt Carifes, aliis *Nogent le Rotrou au Perche*, aliis *le Dioceſe de Dol.* |

| | |
|---|---|
| QVARTA aliàs iuncta cum Prima, dicta & Senonica. | Metrop. CIVITAS SENONVM, *Dioceſe de Sens.* |
| | Ciuitas Carnutum: *Dioceſe de Chartres.* |
| | Ciuitas Antiſſiodorum: *Dioceſe d'Auxerre.* |
| | Ciuitas Trecaſſium, *Dioc. de Troyes en Champagne.* |
| | Ciuitas Aurelianorum, *Dioceſe d'Orleans.* |
| | Ciuitas Pariſiorum, *Dioceſe de Paris.* |
| PRÆSIDALIS | Ciuitas Meldarum, *Dioceſe de Meaux.* |

| | |
|---|---|
| | Metrop. CIVIT. CRISPOLINORVM, hoc eſt Veſontio, *Dioceſe de Beſançon.* |
| QVINTA, | Ciuitas Equeſtrium, hoc eſt Neuidunum, *Nion.* |
| aliter | Ciuitas Eluicorum, hoc eſt Auenticum, *Auenches*, ſeu *VViſliſpurg.* |
| | Ciuitas Baſilienſium, *Baſle.* Arialbinum antè. |
| MAXIMA SEQVANORVM. | Caſtrum Vindonicenſe, corruptè Viridonenſe, *Vindiſch.* |
| | Caſtrum Ebrodunenſe, *Yuerdun en Suiſſe.* |
| | Caſtrum Argentarienſe, *Colmar en Alſace.* |
| PRÆSIDALIS | Caſtrum Rauricenſe, *Augſt.* Auguſta Rauracorum. |
| | Portus Abucina, ſeu Abucini, aliter Buxini, *le port de la Loune.* |

## §. 2. *Belgica.*

| | |
|---|---|
| PRIMA | Metrop. CIVIT. TREVERORVM, *Dioc. de Treues.* |
| | Ciuitas Mediomatricum, hoc eſt Metis, *Dioceſe de Metz.* |

| | |
|---|---|
| CONSVLARIS | Ciuitas Leucorum, hoc eſt Tullum, ſeu Tullo, *Dioceſe de Toul.*<br>Ciuitas Virodunenſium, ſeu Verdonenſium, *Dioceſe de Verdun.* |
| SECVNDA CONSVLARIS | Metrop. CIVITAS REMORVM, *Dioc. de Rheims.*<br>Ciuitas Sueſſonum, *Dioceſe de Soiſſons.*<br>Ciuitas Catalaunorum, *Dioc. de Châlons ſur Marne.*<br>Ciuitas Veromanduorum, *Dioceſe de Noion.*<br>Ciuitas Atrebatum, *Dioceſe d'Arras, ou l'Artois.*<br>Ciuitas Cameracenſium; *Dioceſe de Cambray.*<br>Ciuitas Tornacenſium, *Dioceſe de Tournay.*<br>Ciuitas Siluanectum, *Dioceſe de Senlis.*<br>Ciuitas Bellouacorum, *Dioceſe de Beauuais.*<br>Ciuitas Ambianenſium, *Dioceſe d'Amiens.*<br>Ciuitas Bononienſium, *D. de Boulongne ſur Mer.* |

## §. 3. *Germania.*

| | |
|---|---|
| PRIMA ſeu SVPERIOR CONSVLARIS | Metrop. CIVIT. MAGONTIACENSIVM, *Dioceſe de Maience.*<br>Ciuitas Argentoratenſium, ſeu Stratiburgo, *Dioceſe de Strasbourg.*<br>Ciuitas Nemetum, id eſt Spira, *Dioceſe de Spire.*<br>Ciuitas Vangionum, id eſt Vormacia, *Dioceſe de Vormes.* |
| SECVNDA ſeu INFERIOR CONSVLARIS | Metrop. CIVIT. AGRIPPINENSIVM, hoc eſt Colonia, *Dioceſe de Cologne.*<br>Ciuitas Tungrorum, *les Liegeois.* |

## §. 4. *Viennenſis.*

| | |
|---|---|
| PRIMA quæ aliàs cum TERTIA | Metrop. CIVIT. VIENNENSIVM, *Dioc. de Vienne.*<br>Ciuitas Geneuenſium, *Dioceſe de Geneue.*<br>Ciuitas Gratianopolitanorum, *Dioc. de Grenoble.*<br>Ciuit. Albenſium, nunc Viuario, *Dioc. de Viuiers.*<br>Ciuit. Deenſium, ſeu Dienſium, & Dieienſium, *Dioceſe de Die.*<br>Ciuitas Valentinorum, *Dioceſe de Valence.* |

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


DIVISIO GALLIÆ SECVNDVM NOTITIAM IMPERII.
ALBIONES
FLAVIA CÆSARIENSIS
PARS MA PRI
BRITANNIA
SECVNDA
Londinū
OCEANVS GERMANICVS
OCEANVS BRITANICVS
OCEANVS GALLICVS
LVGDVNENSIS SECVNDA
LVGDVNENSIS
LVGDVNENSIS QVARTA
DERTIA LVGDVN
BELGICA SECVNDA
BELGICA PRIMA
GERMANIA SECVNDA
GERMANIA PRIMA
GERMANIÆ PARS
AQVITANIA
AQVITANIA PRIMA
SECVNDA
NOVEMPOPVLANA
NARBONENSIS SECVNDA
MAXIMA SEQVANORVM
ITALIÆ PARS
HISPANIÆ PARS
MARIS MEDITERRANEI PARS
M. Pyrenæus
Garumna fl.
Ligeris fl.
Rhenus fl.

| | |
|---|---|
| CONSVLARIS | Ciuitas Leucorum, hoc eſt Tullum, ſeu Tullo, *Dioceſe de Toul.* |
| | Ciuitas Virodunenſium, ſeu Verdonenſium, *Dioceſe de Verdun.* |

| | |
|---|---|
| SECVNDA CONSVLARIS | Metrop. CIVITAS REMORVM, *Dioc. de Rheims.* |
| | Ciuitas Sueſſonum, *Dioceſe de Soiſſons.* |
| | Ciuitas Catalaunorum, *Dioc. de Châlons ſur Marne.* |
| | Ciuitas Veromanduorum, *Dioceſe de Noion.* |
| | Ciuitas Atrebatum, *Dioceſe d'Arras, ou l'Artois.* |
| | Ciuitas Cameracenſium; *Dioceſe de Cambray.* |
| | Ciuitas Tornacenſium, *Dioceſe de Tournay.* |
| | Ciuitas Siluanectum, *Dioceſe de Senlis.* |
| | Ciuitas Bellouacorum, *Dioceſe de Beauuais.* |
| | Ciuitas Ambianenſium, *Dioceſe d'Amiens.* |
| | Ciuitas Bononienſium, *D. de Boulongne ſur Mer.* |

## §. 3. *Germania.*

| | |
|---|---|
| PRIMA ſeu SVPERIOR CONSVLARIS | Metrop. CIVIT. MAGONTIACENSIVM, *Dioceſe de Maience.* |
| | Ciuitas Argentoratenſium, ſeu Stratiburgo, *Dioceſe de Strasbourg.* |
| | Ciuitas Nemetum, id eſt Spira, *Dioceſe de Spire.* |
| | Ciuitas Vangionum, id eſt Vormacia, *Dioceſe de Vormes.* |

| | |
|---|---|
| SECVNDA ſeu INFERIOR CONSVLARIS | Metrop. CIVIT. AGRIPPINENSIVM, hoc eſt Colonia, *Dioceſe de Cologne.* |
| | Ciuitas Tungrorum, *les Liegeois.* |

## §. 4. *Viennenſis.*

| | |
|---|---|
| PRIMA quæ aliàs cum TERTIA | Metrop. CIVIT. VIENNENSIVM, *Dioc. de Vienne.* |
| | Ciuitas Geneuenſium, *Dioceſe de Geneue.* |
| | Ciuitas Gratianopolitanorum, *Dioc. de Grenoble.* |
| | Ciuit. Albenſium, nunc Viuario, *Dioc. de Viuiers.* |
| | Ciuit. Deenſium, ſeu Dienſium, & Dicienſium, *Dioceſe de Die.* |
| | Ciuitas Valentinorum, *Dioceſe de Valence.* |

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

| | |
|---|---|
| iungebatur, Viennenſis dicta. CONSVLARIS | Ciuitas Tricaſtinorum, *Dioceſe de S. Pol de Tricaſtin, ou des Trois Chaſteaux.* |
| | Ciuitas Vaſionenſium, *Dioceſe de Vaiſon.* |
| | Ciuitas Arauſicorum, *Dioceſe d'Orange.* |
| | Ciuitas Carpentoractenſium, nunc Vindauſica, meliùs Vindaſca, *Dioceſe de Carpentras.* |
| | Ciuitas Caballicorum, *Dioceſe de Cauaillon.* |
| | Ciuitas Auennicorum, *Dioceſe d'Auignon.* |
| | Ciuitas Arelatenſium, *Dioceſe d'Arles.* |
| SECVNDA ſeu PRIMA NARBONENSIS. PRÆSIDALIS | Metrop. CIVITAS NARBONENSIVM, *Dioceſe de Narbonne.* |
| | Ciuitas Toloſatium, *Dioceſe de Toloſe.* |
| | Ciuitas Agathenſium, *Dioceſe d'Agde.* |
| | Ciuitas Aletenſium, *Dioceſe d'Alet.* |
| | Ciuitas Beterrenſium, *Dioceſe de Beziers.* |
| | Ciuitas Magalonenſium, *Dioceſe de Montpellier.* |
| | Ciuitas Nemauſenſium, *Dioceſe de Niſmes.* |
| | Caſtrum Luteua, *Dioceſe de Lodeue.* |
| | Caſtrum Vcetienſe, *Dioceſe d'Vſets.* |
| TERTIA quæ aliàs cum PRIMA nectebatur, ſeu SECVNDA NARBONENSIS. PRÆSIDALIS | Metrop. CIVIT. AQVENSIVM, *Dioceſe d'Aix en Prouence.* |
| | Ciuitas Reienſium, *Dioceſe de Riez en Prouence,* Reius. |
| | Ciuitas Aptenſium, *Dioceſe d'Apt.* |
| | Ciuitas Foroiulienſium, *Dioceſe de Ferieus.* |
| | Ciuitas Vapincenſium, *Dioceſe de Gap.* |
| | Ciuitas Segeſtoriorum, *Dioceſe de Siſteron.* |
| | Ciuitas Antipolitana, *D. d'Antibe,* nunc *de Grace.* |
| QVARTA ſeu ALPES MARITIMÆ | Metrop. CIVITAS EBRODVNENSIVM, *Dioceſe d'Ambrun.* |
| | Ciuitas Dinienſium, *Dioceſe de Digne.* |
| | Ciuit. Rigomagenſium, *Trin,* aut *Chier*: Meliùs fictitia hæc ciuitas. |
| | Ciuitas Sollinienſium, Rob. Cænalis cum ſequenti confundendam putat, alij hoc nomen in Salinenſes transformant: ſunt autem Salinæ, *Saluſſes.* |

**PRÆSIDALIS**
- Ciuitas Sanicienſium, hoc eſt Sanici: *Dioceſe de Senez.*
- Ciuitas Glannateua, *Dioceſe de Glandeue.*
- Ciuitas Cemelenenſium, *Comté de Nice en Prouence*, Cemeneleuum dirutum ad montem Cemenum, hodie *M. Camelione.*
- Ciuitas Vencienſium, *Dioceſe de S. Pol de Vences.*

**QVINTA, ſeu ALPES GRAIÆ ET PENINÆ. PRÆSIDALIS**
- Metrop. CIVIT. CENTRONVM, id eſt Tarentaſia, *Dioceſe de Mouſtiers.*
- Ciuitas Vallenſium, id eſt Octodurum, *S. Maurice en Vallais.*

## §. 5. *Aquitania.*

**PRIMA ſeu SEXTA VIENNENSIS. PRÆSIDALIS**
- Metrop. CIVIT. BITVRIGVM, *Dioceſe de Bourges en Berry.*
- Ciuitas Aruernorum, *Dioceſe de Clermont en Auuergne.*
- Ciuitas Rutenorum, *Dioceſe de Rhodez.*
- Ciuitas Albigenſium, *Dioceſe d'Alby.*
- Ciuitas Cadurcorum, *Dioceſe de Cahors en Quercy.*
- Ciuitas Lemouicum: *Dioceſe ancien de Limoges; ou le Limouſin.*
- Ciuitas Gabalorum, *le Giuauldan.*
- Ciuitas Vellaunorum, *le pays de Vellay.*

**SECVNDA ſeu SEPTIMA VIENNENSIS. PRÆSIDALIS**
- Metrop. CIVIT. BVRDEGALENSIVM, *Dioceſe de Bordeaux.*
- Ciuitas Aginnenſium, *Dioceſe d'Agen.*
- Ciuitas Encoliſmenſium, *Dioceſe d'Engouleſme.*
- Ciuitas Santonum, *Dioceſe de Xaintes: la Xaintonge.*
- Ciuitas Pictauorum, *le Poictou.*
- Ciuitas Petrocoriorum, *Dioceſe de Perigueux, ou le Perigord.*

**TERTIA**
- Metrop. CIVIT. AVSCIORVM: *Dioceſe d'Auſch.*
- Ciuitas Aquenſium, *Dioceſe de Dax, ou d'Acqs.*
- Ciuitas Lacturatium, *Dioceſe de Lactoure.*

| | |
|---|---|
| ſeu OCTAVA VIENNENSIS, & NOVEMPOPVLANIA. PRÆSIDALIS | Ciuitas Conuenarum, *Dioceſe de Cominges.*<br>Ciuitas Conſarannorum, vel Conſoranorum, *Dioceſe de Conſerans.*<br>Ciuitas Boatum, id eſt Boius: *Captalat de Buchs.*<br>Ciuitas Benearnenſium, id eſt Benearnus, *Dioceſe de l'Eſcar.*<br>Ciuitas Aturenſium, *Dioceſe d'Aire.*<br>Ciuitas Vaſatica, *Dioceſe de Bazas: le Bazadois.*<br>Ciuitas Tarba, vel Caſtrum Begorra, *Dioceſe de Bigorre.*<br>Ciuitas Eloronenſium, id eſt, Elinia, *Dioceſe d'Oleron en Bearn.*<br>Ciuitas Eluſatium, *le Territoire d'Euſe en Gaſcogne.* |

Porrò ita ſe habet Galliarum adminiſtratio in Notitiâ Imperij. Duo erant Præfecti Prætorio in Occidentali Imperio, vnus Italiæ, alter Galliarum. Sub Gallico tres Vicarij Galliarum ſub quo 17. Prouinciæ, Hiſpaniarum 7. Britanniæ 5. Erant igitur ſub Præfecto Prætorio Galliæ tres Diœceſes, Prouinciæ 29. de quibus legatur Pancirolus cap. 3. de Notitia Imperij Occidentalis.

---

# LIBER SEPTIMVS.

## *Galliæ noua diuiſio, ſeu Franciæ Regnum.*

ERIT hic liber paulò prolixior, vt pote patriæ noſtræ conſecratus, & Genti, quam ſelegit Deus vt eſſet veræ pietatis, & minùs fucatæ domicilium.

## CAPVT PRIMVM.

### *De Franciâ generatim.*

QVÆREMVS hoc capite Nomen, Quantitatem, Qualitatem, Linguam, Religionem, Mores & Politiam Franciæ, atque Francorum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN